



POMPONII GAVRICI NEAPOLITANI DE SCVLPTVRA.

Vbi agitur

De Symetriis.
De Lineamentis.
De Physiognomonia.
De Perspectiua.
De Chimicæ.
De Ectyposi.
De Celatura, eiusq; speciebus.
Præterea de cæteris speciebus Statuariæ
De Plastice.
De Proplasticæ.
De Paradigmatice.
De Tomicæ.
De Colapticæ.
De Claris Sculptoribus.
Ac plerisq; aliis rebus scitu dignissimis.

Ʒv

·M.ANTONIVS PLACIDVS LAVRENTIO STROZAE FLORENTINO S. S.

q

VVM ad nostras manus peruenisset, Hic Pōponii Gaurici de Sculptura non iam libellus, Sed qualem Domitius Piso oportere esse diebat, thesaurus, quod & ipse Romanæ urbis Instaurator Bernardus oricellarius socer tuus iudicauit, Existimaui non paruam apud omneis homines aliquando me gratiam promeriturum, Si per me comunis omnibus in publico locaretur, Atq; ea diligentia ut ne littera quidē aliter reponeretur, q̄ eius ipsius manu mihi scripta constaret, Verum enim uero quum ille de me peculiarem sibi patronum aliquem exposceret, Cuius tutela in uulgū illesus prodiret, Patronum ego ei te dedi. Scilicet quem maxime is optare uidebatur, Vti Regia Domo cæteros in toto terrarum orbe mortales Antecellentem. Ita & cæteros in hac tua florentissima urbe iuuenes & morū & ingenii nobilitate præstantem. Nam quid rogo potuit fieri conuenientius? q̄ Elegantissimus libellus iuueni dicaretur Elegantissimo. q̄ noua ars ipsis addita Liberalibus octaua, Nouam adiret domum, & que quasi octauum haberetur in mundo miraculum. decoratam Statuis, decoratā et Picturis. Tu igitur munus hoc nostrū patrocinio tuo cōplectere, Et quod te facturum scio, Ne de tuis, ne de Philippi fratris tui optimarū litterarū studiosissimi, manibus unq̄ temere cadat, Nā præter q̄ quod hec sæpius legendo latinā linguā, quod ego in me expertus sū, efficietis exornatiorem, Et uestrā pulcritudinē relegetis, Et uehemētius multo uestri Palatii ornamēta diligetis .V.

POMPONII GAVRICI NEAPO LITANI DE SCVLPTVRA.

AD DIVVM HERCVLEM FERRARIAE PRINCI PEM.

q

VVM ſæpe mecum Princeps Inuicte ctis. Peregregias laudes tuas animo cõſiderarem, Atq; ad clariss. Rerum tuarum ſplendorem, Nominis quoq; rationē accomodatam eſſe intelligerē, Et Platonis noſtri Cratylum deamaui. Et te unum ex omnibus cognoui, quem uere noſtris tēporibus Heroa uocare poſſimus, et in quē diuinos cōferre honores unà certatim omnes debeamus. Etenim ſi cum comparatione cauſam expēderimus, multo id quidem rationabilius nos, quàm ueteres olim fecisse diiudicabimur, Nam quis erit uſq; adéo rerum omniū imprudens ac ſtolidus qui fateri audeat, Non hūc Herculem Hercule tanto maiorem quanto Animā corpore excellentiorē, Niſi forte Vipereos angueis elidere, Feras quas ipſi nos interdū uenatu perſequimur, Apros, Ceruos, Leones uincere. Equos edomare, obſcenis ſubinde libidinibus emancipari, Tantum nō quinquaginta, ut feſtiue græcus ait, mulierculis admiſceri, ac poſtremo etiā

in furorem adigi, Præstabilius cuiquam uideri pote rit, Quàm ciuitates constituere, Vrbes amplificare, Populos regere, Virtutes complexari, Libidinem, Iracundiam Superbiã, Auaritiam, frenare, ac nullis omnino deniq; uiciis obnoxiũ esse, Hoc erat Herculem agere, Hoc erat Ioue nasci, & iam tandem cœlum mereri. QVOCIRCA factum est diue ac sancte Hercules, ut non minori ego te ueneratione semper habuerim, q̃ prisci illi Iouis filium, Quod ipsum tibi significare Quum uoluissem, Nihil mihi quidem uenire in mentem potuit. quod digni us putarem ut ad te mitteretur, q̃ hic de Sculptura libel lus, Tũ quod nulli ante hoc tempus inuenti sunt, quei de ea re perscribere potuerint, Tum etiam, quod nihil ea arte uisum nobilius atq;, ad hanc immortalitatem tuã accõmodatius, Cogitabã igitur Perpetua dictione Sculp toriam tibi omnem artem explicare, Sed quominus id ita fecerim, Casus quidem ipse impedimento fuit, Nam quum superioribus diebus, proxima æstate Patauii essẽ, diuertissetq; apud me RAPHAEL REGIVS græce & latine Rhetor exercitatiss. Post multorũ salutationes, ubi in uarios, quod fieri inter familiares assolet, sermo nes exiuimus, Libuit Ciceronianũ illud declamandi ge nus multis iam sæculis intermissum paulisper retractare, Certis quibusdam horis, quibus ille ab negotiis, Ego à Philosophiæ studiis uacare soliti eramus, Quodam uero die quũ in ἀγαλματουργείῳ id enĩ domesticæ officinæ nomen, me conuenisset, Ibiq; nescio quas expressas ære ac marmore effigies contẽplatus esset, De Sculptura mox loqui occepimus. Qui sermo quoniam uarius ac multiplex fuit, Speraui operæpretium fore, si à me

tibi recenseretur, ILLE igitur, nihil te inquit uno miri us. Ast ego putabam tantummodo litteris operam dare, nunc minimum uideo tempus id est, quod studiis imper titur, Equidem siquid erit alibi impendendum, laudo heic potius consumas, nimirum ars est, & inter cæteras nobilis & libero mihi ut uidetur homine digna, EGO uero, tum inq̃, usq; adéo nobilissimam dignissimamq; Regi semper hanc artem extimaui, Ut ne ab liberalibus ipsis disciplinis separari posse crediderim, QVID? Et œ Inquit ILLE, ὄρθρον σοφόν An non satis uisæ tibi sũt Sorores septẽ, nisi et octauam adoptaueris. Non ita, tum EGO inquam, Verum si, Postquam in hunc sermo nem deuenimus, quanta sit huius dignitas artis, consi derare paululũ libuerit, Ingentissima certe uel ex hoc ipso parebit, quod apud omneis omnium gentium ac sæ culorum populos, tanti semper habita fuerit, ut nihilo plus maiore apud eos admiratione, Quei uis optimi Scrip tores fuisse inueniantur, q̃ optimi Sculptores, Nam quid rogo Praxitelia illa quam Gnydiis fecit Venere decanta tius? Quid Phidiaca illa quã Athenis in Arce locauit Minerua, & Olympio Ioue dignatius? Quid Lyndiis, Si cyoniisq; colossis, Apellæisq; tabulis, in toto iam terra rum orbe, ut nunc loquuntur, famigeratius? Illi quidẽ agunt uerbis, At uero hi rebus, Illi narrant, Hi uero ex primunt explicant, Illi fastidiosissimos aurium sensus non semper trahunt, At uero hi & oculis satisfaciunt, ac tanquam pulcherrimo spectaculo captos omneis homi nes tenent, Equidem ipse sic existimo tanta inter se se et similitudine & propinquitate coniunctos, ut seiũgi se nul lo modo patiantur, Et quid nos præterea separabimus eos

ſcilicet quei nec ipſo nomine diſcerni poſſũt? Redeãt age paululũ priſca Demoſthenis ſæcula, quõ ille γραφέας diceret, quos? Scriptores ne? an pictores potius Sculptorésue Intelligemus? Quom rurſus ἀγαθάρχου γραφὴν Nũq̃d? Agatharchi ſcripturam potius, q̃ Picturam Agatharchi? γράφειν quidem uerbum, commune hiſce omnibus eſſe & antiquiſſima Aegyptiorum ratio docet, Pingere ac ſculpere eos oportebat, Quom quid uel ſignificare, uel monimentis demandare uolebant, Et apud nos Poeta ipſe noſter comprobat, qui Dædali Celaturam p legiſſe Aeneam facit, Alii aliter, Ego uero ita ſentio, eam eſſe adiectam utreiſq; neceſſitudinem, ut uix ſine alteris alteri conſtare ſatis poſſint, Quam rem ſi paulo diligentius perſcrutari libuerit, uel imprimis ipſa nobis natura ſignificare uidetur, Que nos ſemper, Quõ quid ἐνεργητικώτερον uolumus, ĩpellit cogitq; ad eã ipſã rẽ deſcribendã, Tale quid erit è troiano bello reuertentis, Hac ibat Simóis, hec eſt ſygeia tellus, Heic ſteterat Priami regia celſa ſenis, Ac rurſus apud eundem, Eloquens uir ille, Heic inquit troia eſt, muros ĩ litore fecit, Heic tibi ſit Simóis, hæc mea caſtra puta, Nam quorſum hæc? niſi ut intelligatur, parum recte, humana eos ratione diſiũgi, quos natura tantopere coniunctos eſſe uoluerit, ac quodã, ut diximus, neceſſitudinis uĩculo fecerit eſſe cognatos, QVIN Etiam uiros eſſe nunquam eos cenſuerim, quos Sculptoria hec Ars non oblectarit, Nam quũ ex Animo & corpore conſtemus omnes, ſiquamodo ſpes eſt immortalitatis, ac nõ partĩ uiuere, partim & emori optamus. Quid rogo ad utriuſq; memoriã conſeruandam hac arte conuenientius? Quid

& in hominum uita præstabilius, Postquam ad aliquid peragendum nati omnes sumus, q̃ & disciplinis animũ Et corpus huiuscemodi præclaris artibus exercere, Quã do toga nos, & laurea nos, iampridem deseruerunt, Equidem sic ego uitam à puero institui meam, ut nulla, quantum in me erit, eius unquam pars sit ocio deperitura, Atq; id temporis quod uel tessellis ludendo, Vel urbem totam peruagando conteritur ab aliis adolescentibus, Decreui ad hæc ego sculpendi munera transferre, que mihi cæteris aliis artibus honestiora uidentur, & his nostris (ni fallor) studiis accommodatiora, Nam Quid rogo artem attracturo mihi aliquam, poterit honestius esse, ea illa quam & Socrates, & ipsi etiam cũ Socrate nostri Imperatores, non approbarunt modo, Verum etiam diligentissime perexercuerunt, Nec uero censenda hec REGI qua cæteræ istæ Sellulariolæ, ut sic loquar articulæ, Sed qua potius deorumq; hominumq;, ac totius naturæ sapiẽtissima imitatrix, Quã qui non amat, Quam qui non complectitur, ut Philostrati uerbis utar, Veritatẽ nõ amat, Sapiẽtiã quantacunq; in Poetas cadere solet, omnẽ propulsat, Ipsamq; ab se reiicit symmetriã, sine qua nullum quidem dictum aut factum constare ũquam potest, HAEC Ego quum dixissem, Valde inquit REGIVS institutum hoc tuũ probo, tibiq; gratulor, Nimirum ad Sexcentos annos dicere Primus Sculpturã cum litteris coniunxisse, Sed Perge, Valde quidẽ istæc me tua delectant, & iam dudum artem ipsam uehemẽtius admiror, Quod si mea hoc ætas pateretur, Profectò ei me totũ dederem, longe enim inde mihi melius sperarem fore, q̃ ex Cicerone ac Quintiliano, Age igitur

Statuariã mihi amábo omnẽ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους explica, ut quom Venetias postridie rediero, habeam que Pyrgoteli respondere possim promptius. Heic quũ Subridere me animauertisset REGIVS quid inquit rides? Rideo Inq̃ ὑποβαρβαρικὸν τρόπον Vtiistis uidetur, te Venetias pronuntiasse, Ast caue ne dum Graecitatẽ in omnibus sectãdã putes. Parũ etiã Latinus uidea re nostris Epyrotis, Tum ILLE antiquum est inquit T. litteram suo ipsius sono proferri, Sed perge Satis quidẽ de hac re disputatũ heri à nobis fuit, VIX HAEC dixeramus, Ecce tibi pulsatae concrepuerunt fores, Nunciatum est uenisse NICOLAVM LEONICVM Virũ sine controuersia doctiss. Simul etiam Statuariae Iuxtáq; nostri amantissimum, Peripateticae is Scholae magister, Nec tamen ab Academia nostra dissentiens, Graece Philosophiã eam que est de rerũ natura edocebat, tanta omnium mortalium extimatione ut cum quolibet graecorum Philosophorũ comparãdus merito uideretur, POST q̃ igitur ei repente occursũ à me est, Oportune inquã Magister, nam ad quo uéneris scio, Putoq; id me tibi iam p̃fecisse, LEON bellissime Sed quei Sermones erant. Quom ego aduenissẽ uestri? De Sculptura EGO inq̃ loquebamur. LEON Pergite, nihil equidem mihi poterit esse iocundius q̃ de hac ipsa re uos differentes audire,
REGIV. id ita hodie euenisse uehementer gaudeo, Nam & ego in partem beneficii liberior accedam, & tu tibi semel duos perstringes, Hoc autem qui pernegare audeas? Nunquid EGO tum inq̃ Regi iam dudum cõmutasti animum, & uelis forsitan Rhetoricã illa tua derelinquere, atq; ad Sculptoriã pertransire? ILLE aũt

Negabis igitur tu occasionem sequendam, ac siquod forte bonum acciderit, minime id captari oportere? AT uero, Si ita EGO inq̃ persuasum habes Mi Reg. ab aliquo istorũ qui exercitent uenditentq; Exquirẽda tibi artis praecepta sunt, non à me, qui nullum unquam magistrum audierim, qui relaxare animos in ea sim solitus ac nõ defatigare, QVomodo igitur Inqt ILLE tantũ in hac arte profectũ es consecutus? nullo doctore, Quod sit tute tibimet πρώτης fueris, atq; αὐτοδίδακτος queadmodũ? id scire cupio. Ego uero tũ Inq̃ Nihil tã arduũ, tamq; admirabile in humanis rebus esse existimo, Quod hominum non possit industria confici. Illud idẽ Heic mihi usu uenit Leonice, quod in cunctis euenire artibus, Scripsit Aristoteles tuus, Experientia ut adiutus ad id sola fuerim, Praeclare quidem Polus, hanc artis, in experientiam fortuiti euentus dixit esse magistrã, LEON. agnosco iam uerba graeca, Scilicet Inq̃ meo auspicatu, meo & ductu, Ita enim in Archanis custoditur ars, ut non intimi modo ac familiares, Sed ne germani quidẽ fratres, intro admittantur, REG. Sic sane se res habeat, Aggredere tu eam, & qualem ipse tibi confeceris explica, neq; enim te istorum esse similẽ putamus, qui sibi solis se natos existimant Inuidẽtq; bona caeteris, EGO uero inq̃ lubentissi me Nisi quid fortasse Leonicus, LEO istuc ipsũ, QVEI Postq̃ cõsedêre Ita EGO exorsus sum. ET SI HEC mihi potius à uobis intelligenda essent, non dubitabo tamen quoniam Sic uos uelle uideo Potius quodcunq; ineptitudinis obire periculum, q̃ ullius ingratitudinis accusari, Equidem nihil uobis placere nunc ambigam, Liberius uobiscum agam,

agam & familiariter, NE AVtem ab nemore Pelio re petamus Satis quidem constare debet hoc omnibus, Sculp toriam artem, sicuti & caeteras uariis acdiuersis natu rae principiis originem habuisse, Nam siue casu aliquo siue sollertia coeperint homines, Creta truncis ue aut lapidibus, ex umbra similitudines imitando, naturam ip sam aemulari, disquisitione haud opus est, dum natura Artificioq; profecta ac perfecta omnia intelliguntur,

STAtuarii quidem usum priscis omnibus saeculis fuis se, tum graecorum, tum etiam barbarorum historiis ma nifestissimum, Earum autem fingendarum rationem hinc pleriq; natā arbitrantur, uti scilicet eorū quei prae clarum aliquod facinus peregissent, aut in uita quid utile adinuenissent, memoria perduraret, Caeteriq; ad eos aemulandos, eiusdem honoris quo maius dari nihil posse uidebatur spe raperentur. Quae causa Ciceroni fuit, ut Octauio Lepidoq; Statuas in foro decerneret, Nonnulli uero ex Mortuorum, aut eorum qui abfutu ri erant desideriis ut pleraq; omnia apud Aegyptios id primū coepisse tradiderunt, Vtcunq; Siue uirtus, Si ue Amor in causa fuerit siue potius utrunq;. Certe nihil ab homine maius excogitari potuit, aduersus mortalitatē suam, & aduersus inuidiā deorum. Atqui quod egregi am ciuium uirtutem significare potest, Tantus Romae Statuarum & Priuatarum & Publicarum numerus, ut non minor fictus q̄ uerus populus fuisse tradatur, Prī cipes ipsi longo ordine suorum imagines, tanq̄ insigne no bilitatis unicum, Pompa & Atriis praeferebant, Docti uero atq; eruditi non minus et ipsi, Statuis signisq; refer tas bibliothecas suas esse studebant q̄ libris, Mihi pol

quidem Cicero ipse uidetur, non tam Verrē accusare, q̃ Praeclaram illam tot Egregiorum Artificum & signorũ rapinam inuidere, SED NVNQVID Priusq̃ de re ipsa dicere incipiamus. Qualem uelimus esse Sculptorē. breuiter ac summatim recensebimus? LEO. ut lubet.

REG Perge igitur, ac Sculptoris tui qualem uelis imaginem nobis effinge. Tum EGO sic, Primũ quidē, ut ab summo capite incipiamus, Nam Supremo humili ne quis ortus loco recte agat, modo ille traditam dignitatem tueri studeat, hic partā adipisci, minime laborarim, Omnibus eum artibus quantum fieri poterit. instructum, ac plane litterosum cuperem, Qui scilicet q̃ plurimarum rerum & fabularum & historiarum notitiam habeat,

LAVdis deinde ac gloriae studiosissimum, Nihil enim uideo quid possit Eruditio sine laudum cupiditate, Laudũ ipsa cupiditas sine Eruditione, Ita alterum alterius praesidio semper innititur, LIBeralem praeterea ac minime sordidum, qualem Superioribus annis Donatellium Florentinum fuisse accepimus, Fertur enim ab iis qui eum nouerunt. Peculiolam omnem in Cistella semper habuisse, Ita ex officinae tigno suspensam, ut quando uellet et quantam quisq; uellet accipere, atq; uti frui suo iure potuisset, Praeclarum facinus, atq; ipso Donatello dignum

PRVDEntē etiam minimeq; ineptum, Qui scilicet certam quandam in omnibus rebus rationem esse intelligat, Nā quũ omnes uerbi gratia Statuae, Pedestres fiāt aut Equestres, aut Stātes, aut Sedētes, aut incũbētes, Publicis in locis, aut Priuatis, Togatorũ hominũ aut Laureatorũ, Erit diligens in singulis adhibenda ratio, Qui ornatus quid ue rem quamq; deceat, Etenim accomodanda sũt, cum

nia, ad personarum, locorum, temporum, ac rei naturam, Nā quod in græcorū prouerbio est, nō omnia eodē modo omnibus quum in eisdem plerunq; rebus diuersissima eē ratio soleat, Alia enim in C. uerbi gratia, Cæsare Imperatore, Alia in Cons. Alia in eodem ipso dictatore conuenient, Nec Herculem ipsum semper eadem decebunt, uel cum Anthæo luctantem, uel cœlum humeris substinē tem, uel Deianiræ amplexus petentem uel Hylam quæritantem, Nam ueluti hæc fieri eodem uno tempore non potuerunt, Ita nec semel eidem poterunt conuenire, Non tamen quin Singulæ interdum statuæ effici non possint, ita uarius insignibus distinctæ, ut pleraq; semel intelligātur, P. Scipio ante ætatem Cons. cum Imperio Carthaginem missus, Hasdrubalem prælio superauit Carthaginem uicit, De uicta Carthagine triumphauit, Pacem. P. R. adtulit, P. Scipionis Statuā ita effingemus, ut & Iuuenis & Cons. & Imperat. & Bellator et Victor et Triumphator, Atq; etiam Pacificator dignosci manifestissime ualeat, Cuiusmodi fuisse Domitiani Statuam, Ex Papinii silua contemplamur, Et Paridem ab illo factū, Pastorē Iudicem & Amatorem, ANTIQVARIVM quoq; qui sciat, Cur uerbi gratia Mars apud Romanos duplex, Gradiuus, & Quirinus, Alter In Campo olim extra, Alter in foro Intra urbem colebatur, Cur & Venus Apud Lacedæmonios armata, Apud Archadas nigra, Apud Cyprios Barbata uirili Sceptro, muliebriq; ornatu, Cur in Aegira ponè fortunam Amalthiæ cornu præferentem Alatus amor? Ac mille eiusmodi quorū omnium causas, Sculptor tenere debebit, Vt quom quæratur, quid sibi uelit, ille in Thessalia treis oculos habens, Iup

piter, Respondeat Sic.. Fertur id signũ Laomedontis, fuisse, Mox & Priami regis in medio Aulæ, sub diuo sacratũ. Quod & noster Maro Innuit, Aedibus in medius nudoq; sub ætheris axe Ingens Ara fuit, AD hoc ipsum quom à Græcis troia caperetur, Cum Hecuba uxore, ac natis frustra confugerat, Nam à Pyrrho interfectus illeic tamen est, Mox deinde id signum à Sthelено Capanei Larissam tranlatum, Quod autẽ quisquis ille fuerit artifex, Tertium in fronte oculum fecerit, Puto ob hanc causam, ut triplicem Iouis potestatem significaret, Duobus terram & mare, Altero Cœlum spectat, Itidem rogatus quid faciant in Lysimachi Regis frõte Cornua, Quid in C. Cæsaris uertice Stella, In. M. Bruti Pileolus ac duo Pugiunculi. Rationẽ reddens dicat, Illum de Alexandri sacrificio, solutis uinculis elapsum taurum ambabus manibus compræhensum tenuisse, IN alterius Cæde Cometẽ Apparuisse, In Huius autem præclaro facinore Pileatam plebem, libertatis enim signum pileus, per urbem excursitasse, Visamq; Bruti & Cassii Pugionibus libertatẽ restitutam fuisse, SED enim quum Equestres potissimum ponantur Statuæ, Si modo Rusticano Equitatu Equitẽ deformare noluerit, Nonne optimum insessorem eum esse oportebit? aut saltem Equitandi rationem ipsam tenere, Ea autem quando uix est & nostris militibus cognita duplex, Vtinam hec mihi cõtigisset, Interpratari potius q̃ edocere, Nam Sarmonis olim nihil, & siqua à Pollucæ tradita præcepta sunt, ad rem nostram nihil, Altera quidem qua leuites uehimur, Cuius ratio & cæteris qui Equo uehũtur cõmunis, Altera qua Scutati in prælium ducimur, In illa assidẽtis spes

ē, In hac uero A ſtātis, curuabūtur illeic poplites, Heic in tendentur. Pedes illeic planā habebūt firmitudinē, Heic digitorū extremitatē deflexam, qualis eſſe ſolet cōtra in nitētiū, ad Equi aures directam, ne ſtimuli ſemper Ilibus admoueātur, Quod quidē facilius fiet, Si illeic ad Equitis Sexquicubitū, Heic ad bicubitū protenſis ſtationibus offirmati pedes fuerint, Illeic molliter ſupina ceruice pectus oſtentatur. Heic fortiter declinato uertice Siniſter humerus præfertur, Illeic leuē interdū uirgam habere dextra ſolet, Hic haſtā, enſē aut clauā geſtare, Leuaq; regendis nunq̃ ceſſabit habenis, Nā qua moderādus ſit arte equus, quom iaculatur, quid quō Punctim Ceſim ue feritur obſeruādum, Vt ſit Clogmo ad curſum ſonipes excitādus, Interdū et Poppiſmo īhibendus, paulo remotiora, Nec plus id doctrina q̃ exercitatione comparabitur, Nos uero ad noſtrū Sculptoré, SCILicet q̃ maxime εὐφαντασίωτος eſſe debebit, qui uidelicet Dolētis, Ridētis, Egrotātis, Morientis, Periclitātis, & eiuſmodi, Infinitas animo ſpēs imagnetur, quod etiam Poetis ipſis et oratoribus q̃ maxime neceſſarium, Nec tamen niſi quatenus ipſa rei natura patietur, Ne uelut ægri ſomnia uane fingantur ſpēs. dolentis illud, Excuſſi manibus radii reuolutaq; penſa, Morientis hoc, Sternitur infelix alieno uulnere, cœlumq; Aſpicit et dulceis moriens reminiſcitur argos. Vt reliqua ōmittamus quorum Exemplis referitiſſimus eſt idem Poeta, Quid? Nonne ipſos ante oculos ueſtros habere uidemini, Conſternatam audita morte filii mulierem, atq; ipſam Peregrini hominis moribūdi mētē? Quid uero et illud Pulcroſq; per artus It cruor, inq; humeros ceruix collapſa recumbit, Item, atq; illi in

partibus æquis huc caput atq; illuc humero ex utroq; pe pendit, Corruit in uulnus gemitũ super arma dedere

Sternitur infelix Acron, & calcibus atram Tundit humum, expirans, Ac mille eiusmodi que apud hunc Poetam inuenias. PRæterea et καταληπτικὸς hoc est qui omnium quas exprimere uoluerit rerum, con ceptas animo species contineat, reddatq;. Sed nunquid rerum omnium concipiendæ Sculptoris animo species? Plane omnium, Sed ut Philosopho rerum cunctarum co gnitio datur, Vt hominem, Seq; cognoscat, Medico suc corum uires ut hominem sanet. Ciuili legum atq; actio num scientia, ut hominem in officio contineat, Ita Sculp tori rerum omnium species comprehendendæ ut hominẽ ponat, quo tanquam propositum tota eius & mens & ma nus dirigenda, quamq̃ Satyriscis hydris, chimæris, mõ stris deniq; quæ nusq̃ unquam uiderint, fingendis ita præoccupantur, ut nihil præterea reliquũ esse uideatur. Dii Deæq; omnes, Neminẽ unum esse, qui quo sibi profi ciscendum sit uideat, qui ad finem respiciat, Supreme Parens Iuppiter Ita ne nos miseros mortales in Cebetis tabulam relegasse, ut qui sanus inueniatur, sit nemo, ut qui ab Apate ebriatus factus huc illuc non rapiatur sit nemo, Et tamen sibi quisq; sapimus omnes, Nec uero solum nostri Sculptores quibus iam ob ignauiam ignoscẽ dum, spumantem ab illa pateram hausêre, Verum & isti quos tu festiue gregarios appellare soles Philosophi tui Leonice, ita se se madidos proluêre, ut nulli mortalium deerrent magis, Nam quum omnia ἐπί τὸ τέλος dicant, illum tamen quem sequantur ipsi finem non ui dent, Sed esto iam hoc nostrũ in Parergis insectandis Pa

rergon Nos ad Sculptorem nostrũ reuertamus, ABES SE quidẽ ab eo omnis debet κολακεία hoc est ne quid formæ supra ueritatem aduciatur, Quæ quum cæteris ĩ rebus improbe fiat, tum uero in Sculptura improbissime, ut que non unum semel eblandiens fallat, sed frustre tur perpetuo cunctos. AD SVMMAM nisi quis præ ter dexteritatem ingeniosissimus sit, Ad Sculpturam ue nire neminem permittamus. Nihil autem ut sæpius eodẽ reuoluamur, sine litteris, sine eruditione, litteras uero atq; eruditionẽ quom dicimus, illarũ potissimum discipli narum cognitionem intelligi uolumus, quæ à Græcis μαθήματα dicũtur, Arithmeticã, Musicen, & Geo metriam, sine queis perfecti quidem esse nihil potest, Non tamen qui prorsus ego inficias ire audeam non inue niri atq; extare q̃ plurimos qui & si illitterati, excellen ter tamen multa, Neq; enim icarco quemq̃ uituperamus, hortamur potius omneis, Commone facimus omneis, id quod certissimum id quod & optimum sit sequantur, Noui equidem pleros quibus siqua super accessisset do ctrina, haberemus sane nunc quos cũ ãtiquioribus ipsis comparare possemus. Ita ad eam de qua nunc agitur rẽ aptissimi sunt uisi, NEQVE uero ferẽda hoc loco nõ nullorum ignauia, qui quum in hunc sermonem mecum incidissent non ueriti sunt dicere conferre quidem si adsint, Sed non omnino necessarias Sculptori litteras, sa tis ei esse, ut aiunt, Artificiũ & quatenus licebit natu ram sequi, Recte id quidem, Sed ubi rogo istuc inuenie tur artificium? Num quotidie in templis, in porticibus, in platæis, in foro stupescentes astare, In priuatis cer torum ædibus uersari, Refertas omnibus signis cellu

las habere, gypso plenas arcas custodire, Mirari, Rur sus spectare, Inhiare, quod belli apparuerit imitari, in uestrum opus transferre, Dicemus id esse Artificiū? Dicemus id esse naturam sequi? Atq; id quidem nō mul to secius est, q̄ siquis Poeta aut Orator foris futurus, hinc atq; inde De Vergilio Ciceroneq; uerba suffuretur, ignarus quoq; quid tum agat, Sed non possum equidem nō mirari, Cur tamen ipsi sua ratione nequeant, quod olim Phidias Polycletus, Lysippus, Chares, Quodq; nu per Donatellus, Nempe quia quib. illi excellebant, do ctrina omni et eruditione carent, Quia & Donatelli abacū nō habēt, Scitū quidē est quod fertur de Donatel li abaco Is quū rogaretur à M. Balbo nobili uiro inspiciū di sui Abaci copiam faceret, Respondit postridie mane domum ad se ueniret, idq; se q̄ lubentissime facturum, Ille ubi uenit, Prādioq; susceptus est, Praeter hunc quē heic uides, inquit Donatellus, Nullus est mihi Balbe ali us abacus, nisi quem soli mihi contueri licet, quem nul lis impedimentis, nulla sarcina mecum ipse semper por to, Si tamen uidere quid cupias, Afferte huc Pusiones cum stilo papyrum, Illicet depromptam abaco quancunq; historiam dimirabere, siue Palliatos siue Togatos, siue & Nudos spectare libuerit, SED prorsus iam ualeant, qui non censent oportere Sculptores litteratos, hoc est in geniosos esse, Etenim quum nihil plane quicquam effici possit, quod notione prius atq; idaea cognitū non fuerit, Quo me melius ferā, Siqs à me Colossus effabricaretur, q̄ ad Vergilii Poliphemū, illū quē mecū ipse uehemēter mirari soleo, Monstrum, horrendum, Informe, Ingēs, aut ad Homeri hunc,

καὶ γὰρ θαῦμα τέτυκτο πελώριον· οὐδὲ ἐῴκει
ἀνδρί γε σιτοφάγῳ ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι
ὑψηλῶν ὀρέων ὅτε φαίνεται οἶον ἀπ᾽ ἄλλων

Amábo uos, nunquid uiuaciorem intelligetis ipsum Donatelli Equum, Quo nihil quidem perfectius esse uolút An hunc qui conterranei mei Poetæ uersibus Sic exprimitur?

At Sonipes habitusq; animosq; imitatus equestres
Acrius attollit uultus, Cursumq; minatur
Cui rigidis stant colla iubis, uiuitq; per armos
Impetus, & tantis calcaribus ilia late
Suffectura patent, uacuæ pro cespite terræ
Aenea captiui crinem tegit ungula Rheni,

Age si quempiam fabricari equum uelletis, Propositis hisce duobus tanquam modulis, Vtrum potius imitãdum Pomponio iuberetis? scilicet uidebunt plus isti, q̃ deus ille Statuariorum Phidias, qui quum Olympicum Iouem perfecisset, fassus est, Se non alio illeic Magistro usum, q̃ his Homeri uersibus,

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε κρονίων
ἀμβροσίαι δ᾽ ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ᾽ ἀθανάτοιο μέγαν δ᾽ ἐλέλιξεν

Annuit & totum nutu tremefecit olympum, quid maius uel dici, uel intelligi potuit? Non ne ipsum prope Iouis imperium Maiestatemq; uerbis ipsis effinxisse uidetur?

HABETIS Igitur qualis eẽ debeat is qui optimi Sculptoris nomen sit consecuturus, non quidẽ Platonis nostri Ciuitatem, aut Ciceronis oratorem, Sed qui facillime &

Inueniri & extare possit, Si uero haud satis probabili ter à me dictum esse uidebitur, expecto quid & uos sen tiatis, Nihil etenim mihi certius uideri poterit, q̃ quod uobis placuisse cognouero, REG. Recte mihi quidem om nia, Et profectò simul tantum dignitatis atq; auctorita tis adiecisti, ut que antea diligere uidebar, nunc dea mem, Sane quidem sic res se habet, et tecum iam sentio non modo Sculpturam sine litteris, Sed ne litteras qui dem sine Sculptura consistere posse, Atq; ut necessari am oratori Iuris ciuilis scientiam Fabius, Ita & ego Cæ teris Scriptorib. necessariã γραφικὴν existimabo, Sed amábo te inquit, Quandoq̃dẽ multũ ocii nobis hodie da tur, atq; huius nouæ artis auidi facti sumus. Sequere satis quidẽ et laudata à te Sculptura est, et optimũ Sculpto rẽ effinxisti, qualẽ te esse & uerbis ut inquiũt & rebus significasti, Aggredere igitur & reliqua, Vt Quum artem ipsam demostraueris, nihil plane huic sermoni nostro defuisse uideatur, Tum EGO libenter inq̃, Ac postq̃ ultro non inuitati ad Prandium nostrum ueni stis, Faciam qualitercunq; ut nunq̃ hodie à me, nisi ad plenum exaciati recesseritis, Itaq; tum id illis expectan tib. iamq; ad audiendum apparatioribus, Cœpi EGO sic, FIERI QVIdem Statuas Ex diuersa uti & nũc materia, sẽper consueuisse, notissimũ, Ex ligno, Gens primum truncis ac duro robore nata, Ex Ebore, Ex Ar gilla Ex Gypso, Ex Lapidibus, & Ex Metallis, Quei Ligno Eboré ue Statuas conficient, Desectores uocẽtur quei Argilla græco uocabulo πλάσαι à nobis Ficto res, nominabũtur quei Gypso si placeat γυψοχόοι quei Lapidibus quos uideo à quibusdã λιθοξόους appellari,

Quoniam præcipuum ac peculiare magis marmor, Marmorarii Itēq; à Scalpendo Scalptores, qui Metallis γλύπται à nobis Sculptores, Excussores .n. ærarios quos græci χαλκέας uocāt eos dicemus quicunq; uasa aut quid tale fabricantur, Statuariorum uero Appellatione quos ἀγαλματοποιούς illi appellant, Generaliter omnes continebūtur, q̄ quouis pacto statuas effingent, Statuaria igitur omnis in quinq; distincta spēs ē, Quō ligno Eboré ue tractabitur, ab abscidendo τομική dicetur, Quom Argilla quoniam figulorū est πλαστική nominabitur Quom gypso quod eo typos imitamur, παραδειγματικήμ, nos Exēplariā appellare poterimus, Quō lapidib. ubi Scalpello utimur. à Percussione κολαπτικήμ siue Scalpturam, Quom uero Metallis γλυφικήμ hoc est Sculpturam, Cuius quidem ratio duplex, Nam aut cera fabricantur, & à deducendo ἀγωγικὴν aut ī formantur & à fundendo χημικὴμ enuncupabimus, Hæ autem ita inter se se omnes Iunctæ connexæq; sunt, ut cunctas nouisse uideri poterit, qui unam earum aliquam nouerit, Sola enim circa quam uersantur materia differunt, arte uero ipsa atq; intentione conueniunt, Ex quibus quoniā γλυφική uti subiecta materia, ita & artificio multiplicior est, eam expediamus, Ac primum περὶ ἀγωγικῆς Neq; uero expectetis à me ut dicam quo in cera, quó ue in Creta sit temperamento utendum. aut quam in omnibus diligentiam adhibendum, Non enim nunc τὰ πρὸς τὴμ πρακτικὴμ Quom uoletis autem ego uos ad officinam uocabo, CERA tamē ad id quod uolumus medicabitur q̄ commodissime πισσασφάλτω quam uulgo alii ex uocabulo græcam, alii

ex loco hispanam picem uocant, Si prius oleo aut pauculū
seuo colliquata fuerit, Quarta portione, Medicabitur et
cæteris resinis, precipue Terebinti Picæ ac lentisci,
Nonnulli eam que deraditur è nauibus Picem probant,
& qua ferrum uernicatur, Sed hoc non nisi in iis quas
manere uoluerimus typos, Terebintina aūt Piceq; et Ar
menio rectius, Usos eo plurimum in signis ueteres ani
maduerti, quod si duricies expetatur, in Sigillis, Cera
Punica ubi delicuerit, cerussæ puluisculum bibat, fer
me ad æquale pondus, Ea sic et niueum candorem æmu
labitur, & marmoreum nitorem prestabit, Sed hoc nō
erat propositum, ἀγωγική igitur quam nos Ducto
riam uocemus, duabus hisce consumitur Rebus, γραφι
κῆ & ψυχικῆ Graphicen uero quā nostri in Scrip
tore Descriptionē, In Pictore & Sculptore Designatio
nem uocauerunt, nam Lineationē que γραμμική
dicitur Architecto damus, Usq; adéo necessariā Sculpto
ri Iudicauit Donatellus, Sic enim accepimus, ut plerumq;
Discipulis dicere solitus fuerit, uno se uerbo Sculptoriā
artem eis omnem traditurum, Quom dicebat, Designa
te, & Et profectò id est totius Sculpturæ caput ac fun
damentum, Ea uero duabus etiam hisce rebus maxime
constat, συμμετρία que no dum sibi Romanum nomē
inuenit, nisi fortasse latinam linguam augentes ut Ci
cero ait, Commensuracionē dixerit, Et ὀπτικῆ quam
Perspectiuam appellant, De Symmetria igitur nunc
pauca dicamus. Qua in re, illud à tua Philosophia nō alie
num Leonice, Considerandum, Hominem ipsum quem
præcipue dimetiendum suscepimus, Materia constare &
forma, Formam autem heic nunc eam intelligamus Spe

ciem, qua hunc ab illo discernimus. Materiam uero corpus ipsum, Corpus autem omne in treis dimensiones partiri, In Longitudinem, Amplitudinem, Profunditatemq;. Formam uero ipsam Lineamentis comprehendi. Quare De Corporis Symmetria Primũ, Mox de Lineamentis. Mensuram igitur, hoc enim nomine Symmetriã Intelligimus, cum in caeteris omnibus quas natura progenuit rebus, Tum uero in homine ipso admirabilissimam & contemplari et amare debebimus, Ita enim undiq; exactissime dimetatis partibus compositum est nostrum hoc corpus, ut nihil plane aliud q̃ Harmonicum quoddam omnibus absolutissimum numeris instrumẽtũ esse uideatur

SED age, Non enim de Timaeo Platonis qui & à Cicerone latinis explicatus est litteris, hominem ego uobis referam, quod ad nostrum hunc institutum sermonem attinet. Eum longe aliter q̃ Architectus, uiuum stantẽq; dimetiamur. Scilicet in nouem de longitudine portiones, Ita etenim Hominem ipsum Sollers natura formauit, ut Faciem hanc summo loco spectandam proponeret, Caeteraeq; totius corporis partes, Commensum inde susciperẽt, Cõstat autem ipsa tribus pariter dimensionibus, Vna erit ab summo frontis qua capilli nascuntur, heic ad intercilia, Altera heinc ad imas nares, Vltima ab narib. heic ad mentum, Prima Sapientiae, Secunda Pulcritudinis, Tertia Bonitatis Sedes, Hae autem ipsae per se ut aiunt, multiplicatae, Integram, quanta erit humani corporis staturam reddent, nouem portiones. Prima erit facies ipsa, Secundam faciet portionem pectus, Ab summo Stomacho ad umbelicum tertia, Ab hoc ad imũ femur Quarta, duas continebunt coxendices ad Poplitem, To

tidemq; ab hoc ad nodum crura, Pars autem hec infima que est à nodo ad imam plantam, Gutturq; hoc quod est ab summo pectoris ad summum gulæ, Atq; hic semicirculi arcus qui fit ab summa fronte ad summum verticē, unam aliam conficient Portionem. Nam horum iuncturæ nodi poplitesq; tanq̄ interfinia nullis suam cedunt proprietatem, Constabit igitur humanæ Staturæ longitudo, Portionibus ut dictum est nouem, Quamquam alii octo, Alii, quod rarius est, Est enim tanquam in Musice dissonum ferme septem, Alii quod & rarum etiam est, decem fecerint, Nos medium & quod in plerisq; omnib. mortalibus frequentius erat, secuti sumus, Ac de Adulto loquimur uiro, non de Putis infantibus, quorum in lōgitudinem mensura omnis nisi quattuor constat faciebus Nam de humana per singulas ætates Symmetria que in prima, media, atq; ultima Puericia, Item Adolescencia, Iuuentute & Senectute deprehendatur, Certi nihil nunc afferre possemus, Et iam cogitamus in puero, si quis mihi nepos ex Sorore nascetur, eam omnem obseruare, atq; obseruatam litterarum monimentis demandare, ut aut beneficio mihi gratam posteritatem deuinciam, aut certe ad aliquid semper quod expediat excogitandum exemplo excitem, Non ne summa stulticia est, hominē terrasq; tractusq; maris celumq; profundum dimetri, & suam mensuram ignorare? BRAchiorū autem alterutri pariter lacerti Sexquialteram continebunt portionem, Manus unam aliam, Quāq̄ sint qui metiantur Sic. Ab humeris extrinsecus ad iuncturas articulorum, Ab ascallis uero intrinsecus ad confinia palmæ ac digitorum, Facies tres, alterutri autem articuli, una. Quomodocumq;

id parum refert, modo brachiorum tota longitudo septem
contineatur faciebus, ut dispessæ manus rectam ipsam
corporis longitudinem definire inueniantur, Pedes autē
ita ab extremis talis ad extremum unguem producuntur,
ut eandem bis ter cōmetiantur, Non enim hoc loco obscæni
dei Semipedalem fuscinam, aut deformem illum unde
egressi omnes sumus hiatum, ut non nulli dimetiendum
curabimus, quum præsertim latére semper nisi in pue
ris honestissime soleant, CONSIderanda uero & ip
sa inter se partium ἀναλογία quam alibi Proportionē
heic ni fallor proprie commensum dixerimus, Quanta ē
longitudo ab interciliis ad summas nares, tanta erit pro
ductio Mēti ab iugulo, Quantáq; est ab summis narib.
ad mentum, tanta ab iugulo ad imam gulam, hoc est Se
miportione, quantum est Superioris labri interuallum
ab ore heinc ad nares imas, tantundem erit Summarum
narium prominentia ab labro, tantundemq; & oculorum
ab interciliis ad interiores angulos concauitas, Præterea
in manibus, quod est Extrinsecus ab summo ungue indi
ce ad iuncturam hanc imam, continebitur semiportione,
Ac rursus heinc ad eam qua brachio colligatur manus,
alia, Sic & intrinsecus ab summo ungue medio, Primus
autem hic indicis articulus maior, Correspondebit fronti
Secundus hic cum Onychio ad extrenum unguis, naso,
Primus item medii, huic quod est ab naribus ad mentū
Eiusdem Secundus, huic quod est ab imo mento ad infe
rioris labii supremum, eiusdem Onychius huic quod
est ab ore ad inferiora narium, Indicis eódem ab supre
mo labri superioris, Maior pollicis articulus coæquabi
tur huic quod est ab mento ad summum labii inferioris.

Minor huic quod est ab nare ad eódem, Onychioru aút Articulorum omnium dimidiatam sibi partem occupabút ungues. IN LATItudinem uero frons, ab hac media, quam & discriminatricē appellare possumus, linea, heinc inde ad prima, heic, tempora definietur, sua bis longitudine, Ab interciliis ad extremos oculorū angulos, atq; heinc ad primas aureis, harumq; longitudo, tantundem. Id uero spacium quod est inter utranq; extremitatem oculorum, Ex duabus iisdem dimensionibus, in treis partes distinctum, duas oculi, unam sibi intermedius nasus uendicauit, Oris latitudo si per summum labii metiamur respondebit fronti, nasó ue, Sin Circino illi spacio, quod est pollicis articulo maiore definitum, ab labro superiore ad mentum Pectoris latitudo faciebus continebitur duabus, Spacium inter utranq; mamillam una, Earūq; certus situs ab inferiore gula, eiusdem dimensus circino deprehendetur, Palmaris autem Plantarisq; latitudo definiri sēper inuenietur Semiportione, IN ALTItudinē uero que sola circumlatione comprehenditur Ex Supradictis mensura captabitur, hoc modo, Capitis per mediū frōtē altitudo, Porcionū ē triū, Itē & sūmæ Coxēdicis, Per occipiciū à sūma frōte ad ceruicē duarū, Itēq; et infimæ Coxēdicis Colliduarum PEctoris p alas ad tergū qnq;, Vētris p mediū quattuor, lacertorū Coxarū Crurum Pollicis Cæterorumq; articulorum summa Circumferentia nunq̄ plus eorundem longitudine membrorum Extremū brachii propter iuncturas manuum, Portione, propter nodum tibiæ etiam quarta, Altitudo autem hec que est ab imo talorū ad summū pedis, respondebit longitudini que est isteinc ab summo pedis ad extremum unguem,

Colli circumlatio ei parti quę est ab summo pectoris ad umbelicum, CORpus ne hoc quod tanto sit commensu fabricatum, An Exactissimam potius Harmoniam esse dicemus? Qualem rogo Geometram? qualem & musicũ fuisse existimabimus eum qui hominem ita formauit? Qualem uero esse oportere eum qui talem typum sit imitaturus? Laudatur Iulius noster quod Palladiam illam Mantenii nostri turbam, Cæsareosq; triumphos tam bellissime sit imitatus, Num alius quispiam picturæ ignarus illud idem effecisset? Num aut Homerum aut Demosthenẽ ad Vergilii Ciceronisq; æmulationem imitabitur quis, qui Poeticam Rhetoricamq; nescierit? Nisi fortasse eum dixerimus qui nuper ducta Circino De Vergilii uersibus mensura ad suos, dæesse nihil aliud existimabat, Planeq; sic tanti Poetæ Videri etiam æmulus uolebat, Equidem omneis qui nunc uulgo habẽtur Statuarii, haud multum dissimiles ab illis Scriptoribus existimarim, quos noster Calpurnius dicere solitus est, casu quodam tesserali uerba iácere Nec nisi ipsos rerum successus expectare, INTelligendũ est autem Eiusmodi Symmetriam, cunctis mortalibus, præterq̃ monstruoso, Atq; isti Pygmæo qui in deliciis habetur Populo conuenire, Deprehendiq; in omnibus non secius q̃ Enharmonicũ concentũ in Musicis instrumẽtis V t.n. in Cithara Chordæ si protendantur, exacuetur accrescetq; sonus, Sin cõtra laxatæ fuerint remittetur, eritq; nihil minus eadem numerorum proportio, Ita & heic siue accrescat quãtitas siue decrescat Idem tamen ipse commensus extabit, Neq;.n. paulo euidentiore exẽplo agã, Andrion Vincentinus, ac Vigetius Tarnisianus à Petreio Honorioq;

Sophistis, Symmetria, sed pineali differunt proceritate, Nam quantum illi uniuersos totis humeris praecellũt mortales, Tantum hiã caeteris exuperantur mortalibus, Sed De Symmetria iã satis q̃q̃ nihil de ea satis dici poterit, .s. de Sculptorũ parẽte, Artificiorũ õniũ nutrice, Amica totius generis humani, Ex qua tantam iam laudem consecuti sunt, Antiqui omnes & Statuarii & Pictores & Architecti, Hinc est enim illud quod mirum uideri solet omnibus quom dicitur, Artifices xxv diuersis & locis et tẽporibus ita statuam confecisse, ut ab uno semel facta eẽ uideretur, Ad mensuram uidelicet eandem conueniebãt omnes, Eadem utebatur Proportione omnes, Heinc quoq; est illud Pythagoricum admirabile, Herculis Staturam ex olympico stadio adinuentam, Hinc & mille alia, que quom dicuntur miracula quidem audiri mera putantur,

VERVM ENIM uero intelligendum hoc loco quattuor prorsus esse ordines Statuarum, Pariles, Magnae Maiores, Maximae, PARIles quidem fient quom eius qui exprimitur Staturam undiq; praesentabimus, Dantur hae benemeritis ac Sapientibus uiris, Armodio & Aristogitoni, Homero Soloni, Hippocrati Gorgiae, Beroso, Pythagorae, Platoni, Ex nostris L, M, & D, Brutis. Q. Mutio, Cleriae uiragini, M. Catonibus, Q. Ennio M. Varroni P. Vergilio M. T. Ciceroni, Nunc nisi capiciatis Magnae fient quõ infra Sexquialterã, Statura cõtinebitur, Quae & Augustae dicũtur quod Regibus Augustisq; Imperatorib. dicarentur, Phoroneo, Lycurgo, Temisthocli, Zersae, Alexandro, Ex nostris Romulo, Numae, Tatio, Cn. Pompeio, C. Caesari, Gn. Octauio, ac Reliquis quei in deorum numerum referebantur Caesa

ribus. Atq; hinc arbitror illud quod moritura Didò ſic queritur, Et nunc magna mei ſub terras ibit imago, Dolet enim abnegari ſibi & Statuam & ἀποθέωσιν que minime dabãtur iis, qui ſua ſibi manu turpiter mortem conſciuiſſent, Maiores dicentur, quando ad Alteram excreuerint, Ponuntur autem hæ ſolis Heroibus, Libero patri, Herculi, Theſeo & eiuſmodi. MAXImæ uero fient quando tergeminabitur humani corporis ſtatura, itemq; rurſus ac ruſus, Quæ quidem Statuæ uel à Specubus uti ego opinor uaſtaq; intus inanitate, id enim eſt κόλον ὄαττον, uel ut alii ab noxia radiorũ effuſione que fieri ſolet eiuſmodi moles intuendo, uel ab Authore ipſo Coloſſi ſũt denominatæ, Non poſſum hoc loco Regi non ridere intolerabilem iſtorum Grammaticulorum inſciciam, qui ab eo ipſo inſigni Rhodios Coloſſẽſes dictos exiſtimarunt, ad quos extent Pauli perbreues Epiſtolæ Verum an Coloſſienſes ii ſint, non plane affirmarim, Stephanus tuus, nam cætero mancus mihi eſt, Coryſſẽ Epheſiã ſcribit fuiſſe urbem, à qua Coryſſiẽſes, Dicabãtur aũt eiusm. Statuæ Diis OPT. MAX. Ioui, Mineruæ, Apollini, Marti, atq; id genus cæteris, q̃q̃ Romani & Barbari Reges eas ipſas ſibi, ueluti et Auguſtiorẽ Actius uendicauerint, Extat etiã nũc Baroli quod oppidũ Apuliæ eſt ad Cãnas Heraclii coloſſus, Mihi quidem æternum triſtiſſimæ recordationis ob acerbiſſimã patris memoriam, Quintus nunc agitur annus ex quo proxime illeic eũ Sepulturæ demandauimus, Sed iã mentẽ ad id quod nobis propoſitũ eſt reuocemus, Accidit autẽ ſæpiſſime ut rẽ ipſã Ex diuerſo minorẽ faciamus, Hoc etiã erit diligẽter cõſiderãdum, Nam aut erũt Paruæ, Aut

Minores Aut Minimæ, hoc modo, secetur uerbi gratia que nouē cōsi stat dimē sionibus, Humana Statura, hec, in has treis partes, hæ mox singulæ in trinas, Paruæ ī fra hāc portionē cōstabūt, que est ad sex, Minores que est ad tria, Minimæ que ad unū, Respōdebūtq; inferio ra hec superioribus inter se, sic, Primum hoc minimæ partis spaciū, Spacio quod, est minoris, quarto, et quod est maioris septimo, secūdū quinto & octauo, Terciū sexto ac nono, Horūq; rursus partes partibus. Quod si identi dē fiat, Quātāuis Colossæā uastitatē pedali iā mēsu de finiuerimus, hoc modo, Vtrūq; uero siue Maiorē siue Minorē ipsā rē feceris, asseruata etiā qualitate, Semel in hūc fiet modū, Esto hoc Gymnicū Athletæ corpus Du cātur nūc lineæ hinc à plāta indirectū huc usq;, una di mēsione, Itē huc usq; altera, Itē huc usq; & altera, Ab sūmo aūt uertice ad huius extremum hec, Si igitur intra hoc primū spaciū referri, eūdē oporteret, Sic, Quū à pa rilitate cadat, paruus dicetur, Si intra hoc secūdū, nam ferme ad medietatē usq; desciuit, minor, Si intra hoc ter ciū, minimus, hoc uidelicet spacio minutissima queq; fi niūtur, Ducātur itē ex diuerso indirectū, ambæ ad eandē unā dimēsionē lineæ, Si proximiore hoc intus adaugere tur spacio, magnus, Si hoc altero maior, Sin et hoc postre mo maximus dicetur, Præterea ducatur ab inferiore hoc maioris spacii āgulo, psūmū apicē, triplici eiusdē in dire ctum mensu Sic, tergeminabitur, Qua quidem ratione Pueros, Adolescentes, Senes, quod antea mirū uideri pote rat, Eosdē ipsos, Magnos, paruos, Maiores, Minores Maximos, ac Minimos efficiemus, Huius aūt diuersita tis ratio opinor hec ē, ut Minores fierent, uel inopia, uel trāsportādi cōmoditas effecit, ut uero in cētū et amplius

aliquando cubitos accrescerent, opulencia atq; excellen cior Personæ dignitas, Aequum enim est ut qui animo & auctoritate præcellunt, Corporis etiam dignitate cæte ros præstare uideantur, Quod ipsum innuere uidetur Homerus, his ipsis carminibus, quibus Vlyssem facit ornari à Pallade, Olli multiplicem ex humeris tritonia pallam componens, auxit corpus letamq; iuuentam. Vn de paulo deheinc post tanq̃ aliquis de Cœlestium numero uideretur, Sed o certe diuinam Mantuani nostri felicita tem, qualis uero illa ostupescentis Reginæ admiratio, Tu ne ille Aeneas? non ne ex superiore illa causa procce sserat, Os humerosq; deo similis, Cyrum quoq; post Præ claram illam de Assyriis uictoriam scribit Xenophon, Circa cultum maiestatemq; corporis diligentissimũ, Ale xandrum Macedonẽ Curtius ob Pusillitatem ab Ama zonum Regina Talestri habitum contemptiorem, Eũdẽq; mox in castris ubi fuisset, amplioris formæ monimenta in Posteritatis miraculum relinqui iussisse, Quam etiã causã fuisse existimo Cur augustiores specie humana ui deãtur, imagines nostrorũ imperatorum, Neq; enim id tã in causa erat uulgo ut imperiti existimant, quod multum ex ea re diminutum iri uidebatur si stata Magnitu dine fuissent, quum de alto prospectandæ ponerẽtur q̃ quod Excellens augustioris eius dignitatis ratio serua batur, ILLæ autem ipsæ Statuæ quæ diis fiunt, siue adaucta, siue & retenta humani habitus æquabilita te, à græcis ἀγάλματα proprie à nobis simulachra nomi nantur, Martis, Veneris, Mineruæ, Cupidinis, Fidei Fortunæ, ac cæterorum deorum qui corporeis omnino for mis carent, Quæ Heroibus illi ξόανα, Puto tamen

initio sic uocatas omneis, Maximeq; numinum Aegyptio
rum, Quæ Regibus ἀνδριάντας Quæ sapientibus
εἴδωλα Quæ autem benemerentibus uiris βρέτεα
uocarunt, Nã ἐκμαγεῖα quẽadmodum & in Pictura
εἰκόνες de uultu opinor sunt, deq; membris ipsis ex
pressæ similitudines, quas nos imagines appellamus.
Nam in reliquis frustra ullam inueniemus appellationẽ
nisi fortasse unico uocabulo Effigies dixerimus, Figura
enim ea est que in plano designatur linea Circulus, ho
minis atq; Equi circũscriptio, quod ab illis σχῆμα nun
cupatur, ἀγάλματα quidem olim Homeri temporib.
dicebantur, queuis templorum ornamenta que spectan
tium animos afficerent, unde & nomen quod uulgo etiã
remãsit, habuere Posterius uero generaliter et ipsæ sta
tuæ, quod ex iis potissimum eiusmodi ornamenta con
starent, Quæ uero infra humani habitus staturã fi
ent, uniuersæ omnes signa uocantur, unde & Sigilla,
quæ intra minimam hanc erunt Portionem, Cubitalis
Palmarisue altitudinis, uel etiam quantum fieri pote
runt Tantillæ, hoc est parua signa, SED certe stultus
ego, Qui grammaticam docere uos uolui, Equidem ne
scio quomodo imprudens huc exierim, Detur tamen mihi
nnnc uenia, Si & Cicero idem sæpe fecerit, REG. Pla
cent nimirũ hec, Quõ ita suo loco dicuntur, Nonne & sũ
mi quoq; Philosophi interdum functi sunt munus gram
maticorum? Iuris autem Ciuilis cognitio num aliunde dẽ
pendet? Equidẽ nõ Ciceroni modo Sed cuiuis γραμμα
τικοτέρω liceret arbitror, Triduo posse se Iuriscõsul
tũ profiteri. Perge. Tũ Ego Sic, Postq̃ igitur de Symme
tria diximns, Dicendum nunc De Lineamentis, Linea

menta autem sunt rectæ Congruarum linearum ductio ones, ad uniuscuiusq; speciem demostrandam, Linearum uero aliæ extremæ, quæ & ambientes dicuntur quõ extrema complectimur, Aliæ uero intermediæ quom res medias significari, membrorumq; iuncturas distingui uolumus, Ambientium autem ducendarum ratio, ex actionum uarietate multiplex, ac penè infinita, Possem ego totum hũc æstiuum quantus est, diem consumere demostrando uti isti arridiorem ex triangulo, pleniorem ex quadrangulo faciem constare docent, uti intra horũ fines, reliquum omne corpus, Sic, interludi oportere disputent, Recte quidẽ ut q̃ Platonis Timæũ perdidicerint Sed ab hac nostra docendi certissima serie aliquanto remotius, Compertum enim habemus Lineamenta omnia Ex ipsa corporum Symmetria, Ex opticæ, & Ex Physiognomonica Sumi, De Symmetria dictum, Mox uero de reliquis, Si prius Ducendorum Lineamentorum rationẽ à me pridie in picturis excogitatam commostrauero, Corporum quidem omnium Latitudinem, nam longitudo fit sẽper, Altitudo autem umbris luminibusq; significatur, Si depressa sint, ut pectus tergum, liber, sua descriptione, Sic, si rotunda ut Caput Collum Brachia Coxæ Crura Digiti Columnulæ & eiusmodi, ex tertia suæ in circũferentiam dimensionis parte finiri, hoc ut uidetis pacto Nam quẽadmodum in chartarum typis noctu atq; interdiu ex lucernæ solisq; umbra circumscriptiones fieri possent, ostendere inertissimum, NVNC Igitur De Physiognomonicæ, Nam de opticæ que multiplicior est, posterius disseremus, Estisq; interdum ad minus amariores epulas reuocandi, Ea autem est certa quedam obserua

tio, Qua ex iis que corpori insunt signis, animorum etiam qualitates denotamus, Solent enim ut in prouerbio est, Artificem instrumenta, Dominũ qualis sit domus ostendere. Id aũt quoniã ἀντίστροφον est, commutationemq; patitur, Erit quidem Sculptori q̃ maxime necessarium, Namq; uel ex uiuentium corporibus effigies imitabimur, Quod à nobis in Calpurnio factum uidistis. Vel Mortuorum præsentias ex notissimis eorũ moribus imaginabimur, Vt si ex Zopyri quis iudicatu Socratem effingat caluum, Simum, uentrosum, & eiusmodi Quẽadmodum à Veronensibus in Catullo, Vitruuio, Macro, Celso, Plinioq; Cos si bicriues uendicant, Factitatum, ipsi nos nuper festiue spectauimus. Vix iam certe uerbis explicari posset, quantum Statuario usum præstet Physiognomonia, nec Statuariis modo, Sed & omni generi humano, Miretur quidem suo iure Plinius Seuerissimũ ut ipse ait, authorem Trogum, Cumq; Trogo miretur et Aristotelem, Ex quo ille ea transtulit, Spernat quantũ libet uulgus, dum nobis in Socraticæ Pythagoricæq; Philosophiæ archanis sanctissime custodiatur, Hec nos tuto huic depositum credere, Hec nos illi fidere, Coniugium facere, Pueros disciplinis tradere, Cum honestis conuersari, Turpes atq; obscænos effugere, Non temere societates & Amicicias deligere, Scelestorũ improbitatem absq; ullo experimento deuitare, Hec eadem prudentes fortunatos, & quasi προφήτας uideri et esse nos facit, Apud Statuarios uero tanti erit, ut nobis illum ipsum qui tantopere desideratur Homerum, Ipsosq; græciæ sapiẽtes Cleobolum, Periandrum, Solonem, Thalem, Chilonẽ Pictacum, Biantem, Atq; è nostris utrumq; Catonem,

ipsissimos præsentare faciliter possint, Dicerem equidē ex Aristotele atq; Adamantio, Nam Polemonis qui de eadē re pscripsit ōnia desiderantur, nisi lōgioris esset instituti, uidererq; uti in prouerbio ē, Mineruas docere, Verū.n. utroque scire oportebit Sculptorē, hec ferè sunt SED uoltis quādo hec ipsa nuper à me scripta sunt, Quē admodum in Theæteto facit Euclides De ἀναγνῶς ἤ audiamus? REGI q̄ maxime, Tu interim resipisces

LEO .nihil quidem fieri aptius poterit, POMPON. Heus tu puer, cape hunc libellum ac lege. PVER. naturæ morumq; inspiciendorum ratio. POM. non inde, PVE. Spectantur? POM. isteinc

PVER.

Spectantur aūt homines, ex natione patriaq;, Spectā tur ex genere, Spectantur ex se, ex natione, ut Quō Maurus an Assyrius, Thebis nutritus an Argis, de quopiam quæritur, quod potissimum solet ornatu signi ficari, ut illud, Virginibus tyriis mos est gestare phare tram, Debemus enim ut idem Poeta ait, Varium cœli prædiscere morem, ac patrios omneis cultus habitusq; lo corum, Et quid queq; ferat regio, & quid ferre recu set, ARcto quicunq; subiacent, corpore sunt q̄ cæteri prolixiores, colore albi, comas flaui, capillis molliori bus, Glauci, Simi, Crassiores, Carnosiores, Ventro si, ac Corpulentiores, Iracundi, Simplices, Leuissimi consilii, animo præcipites, Stolidi atq; omnino discipli nis inhabiles, Galli uidelicet Germaniq;, Cōtra qui sub meridie, nigris capillis crispisq;, nigris et oculis, corpore humiliores, cruribus grandiores, Fusci atq; Arridio res, Disciplinis & ipsi parum apti, plurimæ tamen co

Virgilius

Galli
Ger[illegible]

gitationis, Leues, dolosi, Mendaces, Lucrabundi, Fu races, At magis minusq; alii aliis, Quo distant acce duntq; ad arctō borealem australemq; magis minusq; alteri alteris, Sardi, Siculi Mauritani, Arabes,

Horum uero medii mediam quoq; habent & qualita tem, Corpore sunt mediocres, Capilli eis nec crispi ni mis nec nimis porrecti, Colore mellino, aspectu iucun diore, apti studiis, ingeniosi, misericordes, modesti, ac graues, Itali uidelicet Graeciq;, Sed qua proximio res illis accedunt loco, accedunt etiam & moribus, Vt Libes, Hiberis, Hiberi, Celtis, Quin & Libes Aethio pibus, & Celtae Gallis similiores, Austrini quidem omnes sicco dominantur & calido, Arctoi contra humi do & frigido, Nam & Caeterorum quiq; ad Occiden tem, quiq; ad Orientem spectant, eadem erit de duo bus polis ratio, Plerūq; tamen euenit, ut alii aliò trās ferant sedes, confundanturq; nationes, Vt si Thra ces comigrarint in Italiam, Itali in Thraciam, Persae in Assyriam, Assyrii in Persiam, EX GENERE autem inspiciuntur homines, non quom quibus quisq; sit parentibus ortus, Sed quom Mas sit queritur An Femina Ceneus, Plurima est horum dissimilitudo, Il lud Nobile, Iustum, Intrepidum, Audax, Aequabile, Magnanimum, Benignum, Constans, Animosum, Probrum, Liberale, Magnificum, Hocuile, Iniuriū, Timidum, Temerarium, Intemperans, Remissum, Atrox, Difficile, Varium, ac Mutabile semper, Im probum, Auarum, Nequam, FOEMINA omnis q̄ Mas, est Caput minor, Corpore pressior, Capillos habet molliores, nigrioresq;, Vultum Angustiorem,

oculos uibrantiores Splendioresq;, Collum gracilius, Pe ctora imbecilliora, latera molliora, Ilia, Coxasq; ha bitiores. Suras carnosiores, Genuaq; ob eam ipsam racionem collabantia, Extrema pedum manuumq; timi diora, Omnem corporis aspectum delicatiorem, negli gentioremq;, Tactus est ei humidior, Vox tenuior, Gres sus tardior, ac densior, Membra succipleniora, Motus Lentior, MEDIVM uero & quodammodo Neutrum genus, Lasciuientis uidelicet naturæ lusiones, Herma phroditi, Virorum Spadones, Feminarum Eunuchi, Quos tamen nihilominus q̃ q castrati soleant Equi, Canes Taurine, Ad bellum utiles, docet Xenophontis Cyrus, Vt utriusq; sunt sexus participes, Ita & utroq; nequio res, Malæ mentis, mali animi, pessimi & consilii, cru deles Duri, Dolosi, Callidi, Malefici, At alius alii ma gis minúsue, Naturæ Sectionisue culpa, EX SE uero spectantur homines, Duplici racione Ex iis que cohærēt Substāciæ et, Ex iis que circunstant atq; inducuntur, Co hærent substanciæ Membrorum ac totius Corporis ha bitus, Ex facie, ætate, incessu, uoce, spiritu, Circunstāt uero atq; inducuntur, Ornatus, nomen, Locus, Tempus et eiusmodi, Sunt & media uultus & color, Que omnia Aeneas in matre Pyrgo in cælesti Beroe pnotarūt, Nūc age ipsam ex iis naturæ morumq; inspectionē consi dere mus, Omniū qdē signorum præcipua, Que in oculis aut plane iis proximiora, Cuius generis sunt, Pupillæ, Palpebræ, Frons, Genæ, Supercilia, Nasus, Labra, Os Mentum Malæ, Capilli, Aures, ipsum caput, Secūdū ordinem tenent, que secundum pectus & ceruicem, Ter tium Humeri, Brachia, Manus, Ilia, Pedes, Posire

mum uenter, Tergum Femina Coxendices ac Suræ, De quibus singulis q̃ breuissime dicemus.

DE OCVLIS.

OCVli, hos natura tanq̃ conspecillares animorũ nostrorũ fenestras esse uoluit, Et quisq̃ deinde queretur, nõ fenestratum homini pectus? plurimam habent uarietatẽ Statu quidẽ, Magni, Mediocres, Parui, Prominentes Conditi, Tumentes, Adæquati, Concaui, Mobiles, Fixi Tremuli, Rigidiores, Cõniuentes, nõ Cõniuentes, Nictãtes et nõ nictãtes, Contuitu aũt, Vibrantes, Languidi, Humentes, Sicci, Splendescentes, Tenebrosi, Ridentes, Mesti, Acuti, Obtusi, Graues, Ludibundi, Truces, Blandi, atq; id genus cæteri, Colore uero Nigri Glauci, scilicet iidẽ ac Cesii, queiq; de iis fiũt. Subnigri, quei ob graciosã uenustatẽ à græcis χαροποι, à nobis uarii dicũtur, Et Subglauci quei ab illis αιγωποι, à nobis uero caprini nominãtur, Itẽ Ruffi, Flaui, Fului, unde Cognomina familiarum, Pallidi, Punicei, Lucei, Virides, Rubicundi, Ignei, Flãmei, Sanguinei, Crocei, Ostrini, Aurei, Lactei, atq; id genus reliqui, HArum aũt omniũ qualitates quid ita significẽt, lõgioris ẽẽt instituti, recẽsere, quid uero inter se mixtæ si fuerint, negocii q̃dẽ pmaximi, Attingã tamẽ, potissimũ ea que ad hanc ipsam rẽ magis ptinere uidebuntur, Ac ne minutula forte fides habeatur, parum expto adolescenti, existimes uelim, huius rei authorem, non Pomponium, Sed grauissimos olim Philosophos Aristotelem atq; Adamantium, QVOrũ uterq; racionem Cur id ita fiat adducere, quõ uellet, Alter corpora animorum, uicissimq; animos Corporum affectiones sequi argumentatus est, Alter uero

Prometheum, Principi Limo, desectam undiq; particu
lam addere coactum, apposuisse nobis opinatur, Vim
leonis, Astuciã uulpis, Temeritatem apri, Formidinem
leporis, Grauitatem bouis., Fastum equi, Scurrulitatem
Simiæ, Fatuitatem pecudis, Stoliditatem hirci, Voracita
tem suis, Ductatum pardalis, Ferociam tygridis, Ima
nitatem ursorum, Desperationem elephantorum, Rapa
citatem luporum, Similiter & Cæterorum reptilium, uo
lucrum atq; aquatilium naturam, magis minúsue uti &
libido ferebat, & limi natura patiebatur, Quem igitur
inquit uideris Subnigros ac mediocriter concauos ocu
los habentem Ex Leone qui talis est, animosum eum for
temq; diiudicato, Quem conditos, Ex simia simulato
rem fraudulentum, delusorem, maliciosum, Quem sta
biles firmosq;, Ex boue grauem ac frugi, Quem pro
tensos, ignauum, iniurum contumeliosum, ac uere ex
Asello asinum, Itaq; rem ipsam nostro more summa
tim expediamus. DE OCVLIS

OCVLI magni, mobiles lucidiq; si toruum contuean
tur, simul & supercilia porrigantur, agrestioris, crudi
rapaciorisq; animi hominem indicabunt, Tales. n. sũt
aprorum luporumq;, Aristoteles quidem nec magnos
nec paruos ait oportere esse oculos q probentur, PRO
MINEntes oculi queise se extra mittant, quibusq; in cir
culi speciem tumor circunducitur, aut contra, quos uelu
ti castrorum fossa circundederit, dolosum, stolidum,
hominem ineptissimum signi ficabunt, Quei si & mo
biliores fuerint uoracem, Si petulci atq; sãguinei ebrio
lum, Si glauci, nec iusticiam nec consuetudinem homi
nis ullam, Si uero & supercilia grauarint, certior erit

eius amenciā, si tumentiores paruiq;, parricidium ac ue neficium declarabitur, QVIbuscūq; uero fuerint promi nētiores, splendidi, grandiores, purum humidumq; in tuentes, insigni omnes iustitia & consuetudine præditi, Disciplinis aptissimi, Deamorosissimi, qualem Ex Theæteto didicimus fuisse Socratem. COnditi nimis, q̄q̄ acutissimi omnium intuendo, nisi fuerint & magni nullo pacto probantur, Horum nanq; paruitas, dissimulatorem, inuidum, insidiatorem, Siccitas ad illa, perfidiam, Humiditas & amenciam augent, Laudatur uero status oculorum medius inter prominentem & conditum Et quei nec tumidiores sint nec cancaui, Sed mediocritatem quandam magnitudinis habeant castigatum. Mobiles oculi, turbatorem, suspiciosum, interpellatorem, infidum, ac curiosum, magis q̄ perspicacem ostendunt, si & palpebræ moueant, certe animam præpotentem, sin minus audacem, Ocyus circūuolubiles oculi ganeonem, Tardioris motus, pigrum, inertemq; denotabunt, TREmuli oculi si in dextram ierint, secordiam, insanitatem, Si in sinistrā adulterium, Si uero introrsum, quasi naso annuerint, gratiosum, Venereum, & amorosum declarabunt, RIGIDiores nunq̄ boni, nam si fuerint humidi, formidolosum, si arridiores uesanum, si pallidiores stolidum indicabunt, Si uero grandiores fuerint ac subrubicundi, impotentis erunt & libidinis & gulæ testimonium, quod si quem uideris, qui splendescenteis huiusmodi oculos habeat, hunc tu adcoruos, ut nec tibi ciuem nec uicinum esse audias, ut qui malis tantum & calamitatibus gaudeat alienis, OCVli quei quom se claudunt, Sursum attolluntur, libidinositatis, gulositatis, ac sacri

morbi certissimum signum, quod si & pallidi fuerint, impios atq; homicidas, si subrubescentes, nigricantésue, intēperatissimi oris, mulierosos, stolidos, aleatores demō strabunt, contra quei feruntur dehorsum, contraria iis esse omnia, OCVli quei quom sese aperuerint perstāt uel cogitationē, uel certe alicuius rei penitenciam signi ficabunt, que res scilicet ex superiorum omnium ratione captabitur, si magni, prominentes, conditi, mobiles & eiusmodi, VIBRANtes paruiq; oculi, dolosum, adulte rionē, magni uero ineptum rudem gulosumq; arguent, Quod si grandiusculi, splendidiq; humidius contuean tur, ingentem commostrabunt spiritū, Excelsam ac maxi morum operum effectricem animam, Iracundos tamen, Ebriacosos, ac supra hominem gloriabundos, Qualem fuisse aiunt Alexandrum Macedonem, TENEbricosi oculi, manifestum quidem iis inest incommodum, Si ta men ficciores fuerint, infidum, si & minuti bilinguē, dolosum, insidiatorem, Et cui grauissimas inimicicias profitetur Achilles, aliud pectore occultantem, aliud de ore promentem, animi multiplicis, pessimiq;, Si uero quales puerorum uideri solent, humidi grandiores, animosum, constantem, studiosum, prudentem, discipli nis habilem, timidum, ac propè auarum, Prælucidi autē modo contradixerit aliud nihil, optimi SPLendescentes oculi tametsi utiles, non tamen certæ sunt probitatis indi ces, Iidem enim glauci sanguinei ue calliditatem arguūt ac iam uesaniæ proximiorem audaciam, subnigri timo rem, formidinem, suspiciones, Nigri uero & adulteriū Quei si toruum contueantur, difficilitatis, molestiæ, ac morositatis indicium, si & humidum fortitudinis, impru

dentiæ, celeritatis, iracundiæ, secordiæ, inuenustatis, si et siccum, nequicio sissimæ scelerositatis, Oculi in quibus uoluptas quedam ac risus, et ut ita dicam, inhabitant dissimulatores, Iidem uero conditi, insidiatores, Sicci, aut quibus exteriora, palpebræ, supercilia, genæ, ac labra non steterint, reprobissimos indicabunt, Humidi uero, non malos quidem, sed tamen uanos rudes, omniq; animorum commotione carentes. Pigros, intemperantesq;

At si horum inanes palpebræ non connictarint, fueritq; frons læta, & utrinq; simul uacua supercilia, hominem eum significabunt, magnificum, iustum, suauem pium, facilem, hospitalē, atq; optimæ consultationis, Tristes uero humidiq; studiosum, plurimarumq; artium sectatorem, Nam si & superciliis obteguntur, affueritq; læta frons, æquabilem, ficum frugi, prudentemq; monstrabunt, Sicci uero si & uultus fuerit trucior, Item si frons aspera, aspectus immobilior, palpebræq; recte, rusticanissimas uoluntates, improbissimas & cogitationes, nec ullum unq̃ iis esse intentatum imperfectumq; facinus, Acuti oculi tumultuatorũ hominum sunt atq; rapaciũ, Oculi quei frequentius conniuent, id autem est quom immoto capite huc illuc obliquantur, quod pro dubitare usurparunt, formidolositatem coarguent, Si, cũ sicciate fraudem, insidias, occultumq; aliquod malum, Si cum tremore palleant aut quopiam auertantur, fatuitatē, At uero quei contra non conniuerint, robustiores inuictiq; Quod si & grauedinosum intueantur, nihil unquam boni est id quod parant Si lene atq; humidũ, studiosos, faciles, amorosos, si pallescentes, puniceiue, siccũ improbissimarum rerum memoriam, iracundiam, inuidē

ciam, aut quamuis aliam extremam maliciam denota bunt, & si circumuoluātur, amenciā Oculi quibuscūq; pernictant, insidiatores, furaces, si uero humidum, mul tarum artium studiosos, sin contremuerint pallescántue famellicos, & quei ad epilepsiam declinarint. Qui buscunq; uero non pernictarint, sed si quō clauduntur de fluant, uerecundos, Si & mox attollantur, adulteros uo races. Sin recti permanserint, benignos, bonos uiros. sin et sicciʳ temerarios indicabunt. Quod si ad hec Frontem quis habuerit asperiorem, Supercilia constrata, Palpe brasq; duriores, agrestiore animo, paratus ad auden dum omnia, quiq; & laudibus & honoribus & donis fa cillime capiatur, Horum autem omnium mediocris status precipue laudatur.

DE Pupillis Oculorum Et Cenchris.

CVlorū acies, quas et pupillas uocāt, paruæ quibus fuerit, Prauissimæ cogitationis eos esse necesse ē, Item et auaros ac pusilli animi, Serpentes enim Ichne umones simiæ uulpesq; huiusmodi, Contra quibus ma gnæ, placidissimæ mentis, liberales Magnanimos forteis, Ouium enim ac boum tales, Quibus secundum rationem oculorum decentes fuerint, Probi Quibus cō tra, nefarii impudentes scelerosi, Quibus inæquales, nō prorsus mali, SVNT autē interdum in oculis calculi quidam quos græci Cenchros uocant, ad similitudinem Milii, Candidiores, fului, pallidi, sanguinei, quiq; ad mixtum habent pallidum fuluo, & iis nigrum. In cha ropis oculis Cenchri qualescunq;, Agresticitatis, iniu riæq; notæ, In nigris sanguinei, ueneficiorum, Pallen tes, etiam magicorum carminum.

DE Palpebris Et Superciliis.

Vei rectas palpebras flexaq; supcilia no habuerit Sed cũ tremore submoueant aspectũ, Hi semiuiri quũ sint uiri tamẽ ẽe cogũtur, Quibus innuẽdo protẽdũtur palpebræ, fœminati, Quei alteram palpebrarũ emittũt, & dũ quopiã auerterint, humidum ac molle respiciunt, deliciosi, quei plurimum formæ fidant, ac mœchi.

VESSIculæ autem illæ quæ solent esse infra oculos, ebriosorũ, Quæ supra somniculosorũ, ambæ uero utrorumq;, ANguli oculorum à temporibus parui reprobos, A naribus carnosi, reprobissimos denotant, SVpercilia quei attollunt cum spiritu, Crudæ sunt mentis, prauiq; consilii homines, uani, obloquentes, iracundi, sediciosi Recta supercilia, mollem, Iuxta nasum, flexa, rigidũ Iuxta tempora. derisorem, Cõtracta inuidum, demissa maleuolum indicabunt.

DE Oculorum Coloribus.

Quei Glaucos oculos, mimmasq; acies habuerint, Illiberales, auari, callidi, Quei eosdem arridos, incertis erũt moribus agrestes, Quei humidos, Dat enim hos Palladi Homerus, splendescentes decenterq; magnos, optimi atq; animosi, Subpurpurei quibus fuerint oculi cum siccitate, iracundos, cum humiditate, Ebriacosos si dixeris nihil aberrabis, Subalbidiores paucamq; glaucitatem habentes, timiditatis atq; impotentiæ signum, Cerulei, quia cæteris humidiores ꝑpea & meliores, Verum de oculis supra quam constitueram satis, Nunc & reliqua persequamur.

DE NASO.

Nasi sũmũ gracile si fuerit, facilem iracundiam, Crassũ uero depressũq; consceleratos mores, denũ

cidat, Plenum Solidum obtusumq; si uideris, Ex leonib. Molossisq; fortem ac iactabundnm diiudicato, NAsus oblongus gracilis rostratusq; eius quoq; generis mores dabit. Nasus adclinans uitæ moruműq; honestatis signũ Nasus rectus, linguæ significat intemperanciam, Acutus iracundiam, Obtusus mollicíem, Aduncus qui et aquilinus, Regalem animum, ac magnificenciam, Simus immodestiam, scortacionẽ, Minor fraudẽ, rapacitatem, Adapertus animi uim roburq; corporis, Angustus rotundior obstructusq;, solitatem, secordiam, uesanitatem, Obliquus intortusq; mentis et animorum obliquitatem,

DE Fronte.

FRons angusta, ruditatis, plana secordiæ, magna segniciei parua mobilitatis stygmate inusta, Frons autem longa docilitatem, atq; optimos sensus ostendit, Depressa atq; humilis fœminatũ, Rotunda iracundum, Gibbosa insensatum, circunducta impudentem, Aspera que quasi fossas habeat, infidum, callidum & si cætera adfuerint, stolidum, Quadrata que scilicet suæ magnitudinis mensionẽ habuerit, euidentissima prudentiæ fortitudinis, intellectus, magnificentiæq; index, FRons alta rectaq;, contumaciam, distenta securitatem, Rugosa studium ac sollicitudinem ostendet.

DE Genis & Malis.

GEnæ malæq; quibus carnosæ segneis atq; Ebriatosos indicant Graciliores improbitatis Pinguidiores Calliditatis, Crassæ & aboculis demissiores, inuidentiæ signum, Rotundæ dolosorum, Prælargæ uaniloquenciorum.

S neq; firmum neq; proteruum, audenciæ, Nugaci tatis, demenciæ nota, Os paruum prominensq; in sidiarum, reprobitatis, Concauum ac fornicatum ut si infremeret, inuidenciæ, sceler osi tatis, Humile ac depres sum, formidinis & consi liorum instabilitatis, ORIS autem sectio uesanum crudum manducnem, Vastitas ca ninam denotabit exuricionem, Os paruum feminas, maius uiros decet, Labra in ore maiori tenuia, ut in fe rioribus adiiciantur Superiora, Magnanimitatem signi ficabunt, ac leoninam fortitudinē, In minori uero igna uiam, inhumanitatem, molestiam, impietatem perfidiā,

Quibus supra Caninos attolluntur ex rictu labra, pessimorum morum, adclamatores, iniurii, Conuiciato res, mordaces, Quibus totum os protenditur, Labraq; sunt præpinguidiora, rotunda, atq; extrinsecus inuersa, unde Chilonum Labeonumq; cognomina, & moribus et operibus sunt suini, Quibus inferiori labro, supe rius labrum superadiicitur, prudentiores, Quibus con tra labro labium prominebit magis, non prorsus mali, q̄ q̄ uani & stolidiores DE Mento.

Mentum quibuscunq; longius, non omnino reprobi, nisi quod preter modum loquaciores ac molliusculi, Qui buscunq; breuius pessimi, crudeles, diri, atq; insidiatores Ex Serpentibus quei tales sunt, Quibus acutum bonam habent hi omnes mentem, Quibus rotundiorem figurā circumscripserit, effeminati, Quibus quadratā uiriles Quibus summo in loco tanq̄ in duos uertices dissiluerit, modo scissura sit apparens, dolosi, Nam si leuis, Ve, nerei potius gratiosiq; iudicabuntur.

De Capite & Capillis.

CApit ualde paruũ, quisquis habuerit, is ab omni erit sẽsu humanoq; captu alienior, Qui modicũ, for tis probe sensatus, magnanimusq;, Qui permagnum, imbecillus, illiberalis, nullius aut certe rudissimi per ceptus, Qui obliquum inuere candior, qui altum contuma cior, qui utrinq; conuexum iracundior, Pars capitis po sterior depressa atq; humilis formidolosi ac prorsus ani mo toto carentis, Caput uolunt id sensibus caeterisq; re bus uideri perfectum, quod mediocre fuerit, quod re ctum, quod et intra mensum constiterit, ac ζ graecae lit terae figuram habuerit, Capillos autẽ nihil ad hãc rationem conferre uult Adamantius, Sunt uero multi formes, porrecti, crispi, leues, intorti, molles, duri, dẽ si, rariores, nigri, albi, glauci, rubei, ruffi, flaui, & eiusmodi, Aristoteles tamen molliores capillos, Faciliotis uult esse ingenii signum, Duros agrestioris.

De Auribus.

AVriũ multa uarietas, quaedam sũt tenues, quaedã crassae, aliae magnae, aliae paruae, extãtes, pressae, atq; earum mediae, Item quadratae, rotundae, immobiles et unde flaccorum cognomina, languentes ac deciduae. Tenues igitur minores ac ueluti circuncisae fatuum deno tabunt, callidum, maliciosum, Crassae magnaeq; surda strum, Extantes presentaneam hominis docilitatem, mã suetudinem, benignitatem, Pressae insciciam, ruditatẽ, Quadratae uero ac mediocriter magnae in audiendo ar gutissimum.

De Facie ac Vultu.

FAcies quibus ẽ, Aristoteles inquit, magna, rudiores, q̃bus parua immoti, quibus larga stupidi, quibus cir

cumlata, animosi, Carnosa inquit Adamantius Facies, deliciosi est hominis, lauti ac pubescẽtis, Macra studiosi deamatoris, insidiatoris, Parua facies, paruos quoq; redarguit mores, Permagna uero stolidiores. IAM uero ipse Index obtectorq; conscientiæ nostræ Vultus, q̃ incertus, inconstans, uarius, quia totus uidelicet ex animorum perturbationibus confingitur, quin etiam interdum earum simulator ac dissimulator, Quare haud temere ex eo omnibus horis diiudicandum, Nisi quom ab eiusmodi motionibus animi deferbuisse uidebuntur, Mille sunt eius uarietates, Mestus iocundus, Facilis Seuerus, alacer, tristis, clarus tenebrosus, nubilus, Dolorosus, peruigil, somniculosus, securus, audax, meticulosus, et eiusmodi, quorum & animi tales, Alacer autem clarusq; uultus certissimus index adulterii, Erubescens Hinc illud salua res est, Pudoris ac uerecundiæ, Vultum qui perexprimere potuerit, is se sciat non multum iã abesse à Lisyppo, Nunc uero deinceps et Reliqua.

DE COLLO.

Ollũ queicunq; habuerint oblongius graciliusq;, timidiores sũt, atq; egregie malorũ morũ, Quei pinguidius prolixiusq;, animosiores iactabundi contumaces Quei et compactius, robusti, fortes, atq; ad disciplinas, idonei, Nam quei contra inanius habuerint, uafri, adulteriue, COLlum quod neruis obtenditur, sinistri, ac si adsint et cætera, fatui, inq; demenciam delabantis, Collum præpinguius iracundi, ad disciplinas inhabilis suini, collum breuius premultumq;, audacis, collum densius, nullam in partem cadens, sinistri contumacis inepti collum effractum, semiuiri, collum in dextrã adclinans

ornati, prudentis studiosiq́; , in sinistram adulteri, ac nullius prudentiæ, in utramq; uero aut in quamuis aliã prauissimi animi ac mentis indicium, In nullam uero, moderationis, plurimæq; et artis et exercitationis, Colliũ quibus longum, iisdem etiam erunt crura longa.

DE Ceruice et Gutture.

CEruix quibuscunq; aspera atq; obliqua fuerit, ineptissimi, Quibus quæ sub ea sunt Spondiles asperæ, Colluḿq; prominentius, se se humeris superessuderit, iniurii, prædura mentis, ad disciplinas, tanq̃ ad musicen asinus, apti, Guttur asperum leuitatem arguit, Proteruitatem linguæ atq; arrogantiam, quod si et spõdilibus hæserit, solam ex iis leuitatem, Item hominem ebriosum querulũ, tristem, iracundum cœnipetam, alioqui semper altiora cogitantem,

DE Clidibus Pectore et Mamillis.

CLeides, sic enim à græcis uocantur, hi quei è summo pectore in imam gulam exeunt uertices, à clauiũ effectu simili, Obstructæ nullã uim aut sensus aut actionis ostẽdunt, Apertæ molliorem fœminatũq;, Mediocres uero, quæ ad nasi longitudinẽ dimensu inter se distarint, insignem hominis et prudentiam et uirilitatem, Quibus [illegible] umbelico ad Cleidas, maior commensus q̃ sit circu[illegible]atio colli, hoc est plus duabus faciebus, Gulosi, Exuriones. Pectus magnum ac dearticulatum significat, robustitatem, Gracile atq; imbecillum animi pusillitatẽ, Carnosum uero affectus dexteritatisq; carentiam, MAmillæ quibus in obeso pectore dependent, Scortatores, Ebrioli, et Ganeones indicabuntur, Nunc postremum ad Reliqua,

Ingues humeri nullo modo probantur, Robusti robustos & mores significant, Vacui feminatorum sunt ac timidorum, Graciles erectiq; Pessimorum, Inarticulati efformesq; stolidorum, Scapula quibus est robusta, robusti et ipsi, Quibus imbecilla & gracilis timidi ac pusillanimes. Carnosa sensuum indicat egestatem, Angusta etiam fatuitatem, Latior mentis altitudinem, Rotundior industriam, sagacitatem Gibbosa Curuaq; Scapula, Humeriq; in pectus effracti inuidenciam prauitatem. Lumbus osseus fortem significat, & uirilem, carnosus mollisq;, mollem et effeminatum, Acutus uero intemperantem ac timidum. Tergum latum ac solidum, animositatis generositatisq; signum. Angustum contra & solutum, timiditatis & illiberalitatis, Incuruus autem homo nequaq̃ unq̃ bonus, nisi membra humidiora cæteraq; urbana affuerint signa, Sic tu eum succinctum ac uenatorium iudicabis.

DE Vlnis Brachiisq;.

Lnæ si ita fuerint prolixiores ut demissæ manus ad medias infra coxendices peruenerint, Fortitudinis ac felicitatis signum, Breuiores uero quorum capita cibo occurrunt, Maleuolenciæ Inuidenciæq;, Exiles hominem effeminatum, Carnosiores uero disciplinis sensibusq; carentem, Vlnas, Brachia, Cubitosq; ipsos bene articulatos esse oportet quos probari uoluerimus.

DE Manibus Digitis Vnguibusq;.

Anus teneræ molliores q; optimi dicuntur ẽe ingenii argumentum, Duræ Magnæq; fortem illum quidẽ significabunt, haud satis tamen disciplinis idoneum,

Paruæ manus callidum, Perbreues ac Mutilatæ fatuũ, Quæ si & pingues nequissimum, Angustæ gracilesq; manus, rapacitatis, Pleniores quæ oblongos habeant digitos, furacitatis, Graciles tortuosæq; nugacitatis uoracitatisq; indicium. Digitos queicunq; habuerint compactos, nunq̃ boni, Quei constratos disiunctosq; callidi auari, ac perditissimorum morum. Quei paruos gracilesq;, paucissimi intellectus, Quei præmutilos crassosq;, audaces, ferini, Quei oblongos gracilesq;, Minimæ rudiorisq; mentis, Digiti qui commensu constiterint suo, omnium optimi, VNgues lati colore albo sufflauoq;, naturæ bonitatem, Angusti prolixiores curuiq;, Item et carnosi, improuidum, male sensatum, Obliqui inuerecundum ac rapacem commostrabunt, Parui, pallidi, nigri, asperiq; ungues, Et q carni hæserint calliditatis, Rotũdiores libidinositatis indicium, Vnguium illuciditas nequaq̃ est hominis frugi, Ipsi tamen per se ungues infirmam habebunt racionem.

DE Lateribus Ilibus & Ventre.

LAtera graciliora formidinem debilitatem, Dura atq; Carnosa indocibilitatem, Circumlata atq; in speciem tumoris plena, nugacitatem nequiciamq; redarguent Ilia præpinguidiora mulierum, Ossea uirorum, Gracilia densa sordida & tanq̃ eliquata, callidissimorum hominum Venter uacuus & sanitatem & magnanimitatem ostendit, Macerrimus ac præter modum inanis, timiditatem nequiciam exuricionem Carnosus si & mollis fuerit, pendensq;, sensuum hebetudinem, intemperanciam, Ebriositatem, Si durus ceruicaq; compactus calliditatem.

DE Coxis & Cruribus.

Vibus articulatæ solidæq; fuerint Coxendices & Crura Egregiam naturæ aptitudinem præstabunt, ac generositatem, Quibus contra inarticulatæ ac molles timidam imbecillitatem, Quibus prægraciles improbitatem, quæ si etiam neruosæ, præter illa immodestissimam procacitatem, Crura uero ipsa suris prægnantia, intemperantes, inuerecũdos, et abhominabiles indicabũt, Genua quibuscunq; tanq̃ collabantia Mulierosi, Feminatiq;.

DE Pedibus ac Talis.

Edes neruosi articulati, Et generis & morum nobilitatis uestigia imprimient, Teneri & quales Telemacho dat Homerus humiduli, molliorem significant Præmutili ac pingues ferinos arguẽt mores. Oblongi plurimæ cogitacionis signum, Parui calliditatis, Magni mechanicitatis, Quei adæquatas habuerint plantas, aut contra nimium conuexas, Item quei quasi talis incedunt Improbi, Astuti, Callidiq;, Tali autem discreti nobilẽ, Molles Leuesq; effeminatum, Graciliores timidum, intẽperantemq; demostrant, Calcaneorum crassitudo plurimæ seruilitatis atq; indocibilitatis indiciũ, Præpingues talos, Asperiora Calcanea, Carnosos pedes, digitosq; horum incuruos, et Suras prægnãtes Quei habuerint, omnes, patrio uocabulo utar, Catacçs, Sic enim pueri appellare solebamus, Fatuæ mentis hominem furiosum.

DE Colore.

Vnc demum pauca quedam & de colore dicamus, Nam nomen ipsum & facta, basis explicabit, Nulli unq̃ artifices, uocem dabunt, Incessum, uultum, spiritum, ætatem, ornatum, Statuæ quom fiũt ipsæ præstabunt,

Quibus igitur niger est Colos, adulteri timidiq;, Albicans color Pigrum, intemperantem, fœminatum, incontinentem, Fuluus dolosum ac multiformem, Subuiridis quem obiiciens Pisoni Cicero seruilem uocauit, nisi ex aliqua egrotatione is fuerit, prauum timidum, Luteus auarum inuidum, Mellinus iracundum epulonem, nugigerulum, dicacem, meticulosum. Flammeus in leuiter subrubescente corpore si perdurarit, naturæ bonitatem, aptitudinem, in disciplinis capessendis promptitudinem, et egregiam animorum nobilitatem significabit, Albus, sufflauusq; et animi et corporis uim promittet, Atq; hec generaliter, Pectus uero subrubicundum, excandescentē irā denunciat, Idemq; erit, si quæ circa uentrē, Quæq; in temporibus insunt uenulæ paulo apparentiores fuerint, Vultus ipse per se rubicūdus uerecundiam ostendit, Nam si genæ tantum erubuerint, uinositatem, De Coloribus autem oculorum quia iunctim dicendū de iis fuit, Satis quidem, ut arbitror, est supradictum,

FINIS.

EC Sunt, TVm EGO inq̃, que de Physiognomonica nuper nostro more interpretati sumus, Siqua displicuerint monebitis, Nam ad Pistoriensem nostrum cogitamus dare, uoloq; ei hec probatum iri q̃ maxime, Sed nunqd rogo sentitis quantum hec Statuario intelecta conducant, quantumq; sint ut intelligantur necessaria, an aut deum aut hominum quemq̃ quis ponet, cui prius hec cognita non fuerint? Miseret me sta

tcor istorum deorum, atq; in primis Nazerini nostri Die recti, Nam quis erit unq̃ uir bonus, cui quidem honoris q̃ uitæ sit racio potior, qui non & alterum atq; alterum malit Gaballum q̃ se isto modo spectari, Dissimulatorē, impudicum furem, perperum, appetonem, tenebrionē, et eiusmodi, Verum et id quidem nimis, Nunc ad perspe ctiuā rationē pertranseamus, que et si fermè tota picto rum esse uideatur, Ad Sculptorium quoq; munus trans fertur q̃ commodissime, EA uero duplex, Altera ad φυσιολογίαμ Altera uero ad γραφικὴμ pertinebit, Priore quidem illa rationes traduntur, Cur inconspicuis ita perspectus afficiantur ac quemadmodū triplex illa speciendi racio fiat, Ex directo, ex refle xione, ac refractione radiorum, Que quoniam plurimos nacta est & græcos et latinos scriptores, Estq; aliquā to ab hac nostra remotior, non ē mihi propositum eam uos edocere, quei alios soletis, Posterior autem hec nostra duplex, Nanq; uel ad totum opus, uel ad singulas perti nebit partes, Que ad totum opus pertinet prior, ac uisu primū diiudicatur, Que uero ad partes, eas sibi res tā tummodo considerandas proponit, quæ perspectioni occur rent, Prioris autem huius que sese latius effundit ratio cinatio sumetur Sic, Omne corpus quocunq; statu consiti rit in aliquo quidem necesse est esse loco, Hoc quum ita sit, quod prius erat, prius quoq; & heic nobis considerā dum, Atqui locus prior sit necesse est q̃ corpus locatum, Locus igitur primo designabitur, id quod planum uocāt, Facies autem q̃ directissimum Sic, Ad perpendiculū me diam lineam demittito, Heinc inde semicirculos circundu cito, Per eorum intersectiones lineam ipsam æquoream

trahito, Nequis uero fiat in collocandis deinde personis error, fieri oportere demonstrant hoc modo, Esto iam in hac quadrata, nam eiusmodi potissimum utimur, tabula hec inquiũt linea, At quantum ab hac, plani definitrix distare debebit? Aut ubi corpora collocabimus? Qui prospicit, nisi iã in pedes despexerit, prospiciet à pedibus, unica sui ad minimũ dimẽsione, Ducatur itaq; quot uolueris pedũ linea hec, Mox deĩde heic lõgius attollatur alia in humanã staturam Sic, Ex huius autem ipsius uertice ducatur ad extremum æquoreæ linea Sic, itidem ad omniũ harum porcionum angulos Sic, ubi igitur à media æquorea perpendicularis hec, cum ea que ab uertice ad extremũ ducta fuerat, se coniunxerit, plani finitricis Lineæ terminus heic esto, quod si ab equorea ad hanc finitricem, ab laterali ad lateralẽ, absq; ipsarum angulis ad angulos, plurimas hoc modo perduxeris lineas, descriptum etiam collocandis personis locum habebis, nã & cohærere & distare uti oportuerit his ipsis debebunt interuallis, Atq; ad hunc modum disseruerint, Nos nostro more forsitan distinctius, Sculptoriæ perspectiuæ pars quã ad totum opus pertinere diximus, triplex. Nam triplex omnino Speciendi legitimus ordo, In Rectum quom uideliceet intra extremas hasce uerticis ac pedum lineas uisus dirigitur, cuius ratio proprie uti arbitror ΟΠΤΙΚΗ nominata, In Sursum quod adusq; medium Horizonta supra caput attollitur, que ἀνωπτικὴ dicta, Et Dehorsum quom infra pedes tantumdem demittitur, que καταπτικὴ nuncupata, In quibus omnibus quid oporteat diligenter considerandum, Ille etenim perspectus qui fit in rectum, non nisi ad priores peruenire po

terit personas, aut per interualla earum ad secundas, atq; interdum etiam ad tercias, Quoniamm uero hoc ip so perspectu, quæ primo se se offerunt res, paulo plus q̃ ex dimidio prospectantibus occurrunt, itidem et isteic in tabula extare primo hoc loco debebūt Sic, Contractius secundæ hoc celsiore, propter racionem distanciæ in plano Sic, Contractius uero et terciæ, uix summam heinc su perficiem mittent, quod ipsum in uetustissimis plerisq; mo nimētis obseruatum animaduertimus, Ea nanq; oculorum lex est, Priora se se magis ostentent, longinquiora com pressius uideantur, Si igitur distarint heinc personæ, ab his quei in prima heic anstiterint acie, prominebit exte rius planum Sic, Sin cohærebunt heic à tergo posterioris, nihil id ita oportebit, Quom uero suspicitur, atq; in al to aliquid loco significare uoluerimus, uerbi gratia ho minē hunc in summa specula, Nautam heic in summa tur re mali, aut Dædalum etiam si libuerit cum Icaro uolā tem, considerandum qua distancia, quáue id altitudine ab hoc ipsò suspeccionis centro fuerit, et quantum illinc radiorum unū quodq; suscipiat, Nā heic propius, isteic remotius, hoc maius, illud minus esse conueniet hoc pacto, Sed quid hoc est Leonicæ aciem nostram quom attollitur, superas etiam domos deorum scandere, quom dirigitur, xl milia pass. ulterius non progredi, sed in conuexum terminari, quom uero demittitur, inferius pe des non transire, Et tamē que sub pedibus sunt nos terre na semper spectare: in quamcumq; uero deferatur partē centesimo passu hebetari? Ascendimus enim Cremonen sem et nos turrim, eo quum accessissem nuper ad gram maticos salutādos, Lugarium ciuius cum gnato mihi fami

liaritas, et Caietanum ue strum ut narrare solebat in græcis litteris cōdiscipulum, neq; uero putetis ulla me re in tota illa prouincia delectatum magis q̃ consuetudine quorum est feracissima grammaticorum, q̃ multos Brixiæ, Bergomi? Taberium, Britannicum, Hospitem in primis meum Clementem, qui claras facit suas uideri, Minutulas quasdam ubi grammaticum docetur Athenas, Quid uero me grammaticis non delectari Grāmatico patre natum? Sed iam ad propositum, Sin itaq; despicietur, quando is est frequencior multòq; difficilior prospectus, maiorem et curam et diligentiā adhibēdum nobis erit, Tunc enim despiciendi hec racio tractabitur, quoties plurimam rem aliquam ostenderimus ueluti, magno in populo quom sæpe cohorta est sedicio, pugnas, prelia, urbes, et eiusmodi, quod ipsum fieri aliter non potest q̃ despectu Etenim in omni re tumultuosa, spectaturi semper altum cunscendimus, Quare quoties multiplicē uoluerimus rem ullam talem prospectancium oculis subiicere, ad hanc ipsam despiciendi racionem decurretur, Ac que primo in quam uelis partem se offerūt, proximiore heic loco statuemus, Que deinde intermedio heic conspectiore, Que postremo heic celsiore, eum in modū ut spaciis Queq; suis interdistincta, suo sic ordine dignoscantur, cuiusmodi intelligitur illud, uidet iliacas ex ordine pugnas, Bellaq; iam fama totum uulgata per orbem, Atq; ille uterq; Vulcanius clypeus., Constat enim tota hec in uniuersum perspectiua, dispositione, ut intelligamus quacunq; ratione spectetur, quantum ab alio aliud distare aut cohærere debeat quot necessariæ sint ad illam rem significandam personæ, ne aut nume

ro confundatur, aut raritate deficiat intellectio Dicerē equidem de hoc ipso genere toto singulatim plura, nisi prudens Artifex que dici possent, ex supradictis facillime cuncta deprehenderet, Intelligendum est autem in recto perspectu, tabulam ipsam pro pariete, In sursum pro æthere, In dehorsum pro terra accipi oportere, q̃q̃ inter se una semper egeat alterius, ex qua re sola perspectiuæ racionis huius lex tota dignosci poterat, Igitur animaduertite, libet unico uobis exēplo rē omnē significare,

Esto heic Sagulatus Hannibal, heic purpurati Romanorū duces, Paulus et Varro, heic Romana manus, heic Carthagnensis, hac fluuius, heic et cædes, Dirigatur age nunc æquor in rectam oculorum aciem Sic, certe non uidetur, Deprimatur hec pars anterior, iam melius Age adhuc, etiam melius, Age adhuc in perpendiculum, aptius, ita semper oculus rem sibi subiectam quærit, Esto rursus hoc pulpitum cubitis age altum tribus, si res quæ in eo fient uideri debebunt, certe aut iis quei posterius sunt, ascendendum erit, aut certe quasi hic liber quom legimus attollendum pulpitum, ita nunq̃ et heic erit à natura recedendum, Hanc uero triplicem Speciendi racionē à pictore quisquis ille fuerit animaduertimus ꝑbelle semel adseruatā, Ita.n. is Danaē cōposuerat, ut si prospiceres auarā ipsam puellam stupescentem uideres, Sin suspiceres, Iouem iam iam è nubibus descensurū impluuio putares, Sin uero despiceres, proximas regiones aurea consperſas grandine mirarere, Sed de uniuersali Perspectiua hec satis, Altera uero perspectiuæ pars que singulas considerat rerum pariciones est quidem illa uulgaris, Pictorumq̃ pueris usitatissima Sic, ta

men ut summam assecutus uideri possit, quisquis eam recte tenuerit, Est autem nihil aliud hec perspectiua, nisi que dum in reddendis rerum omnium utcunq; paruerint similitudinibus uersatur, que non ita sunt, ita tamē uideri faciat, Id uero ex mentita potissimum longitudinis mensione, siue hominum, siue ædificiorum aut cuiusuis alterius alicuius corporis, Quom ab sua rectitudine prospectari desierit, siue rotundam siue triágularem quadringularémue aut quamuis aliam lateralem habuerit formam, Nam continuo ad concisionum quas decurtaciones uocant, difficillimas raciones deueniendum, nostra tamen quantum fieri poterit demonstracione facillimas Rotundas igitur omneis rerum omnium formas concisione præstabimus, Sic, Esto hic circulus, hec rota, hoc age potius speculum, Efficiatur primum ex eo quadrangulus Sic, Mox undiq; de lateribus, et de angulis ducantur quæ intersecentur in centro lineæ Sic, Deinde productis ab hoc uno látere duabus his lineis, eodem spacio circuli fiat hic triangulus, quo ex dimidia parte dissecto, totidem rursus ducantur & heic quot in priore circulo lineæ, simili racione, Qua igitur heic intersecātur, cētrū erit huius alterius, hoc pacto Esto præterea si uoluerimus idem in latus spectari Sic, Ducantur de iisdem ambobus lateribus, diametri spacio, in directum lineæ nam heic tanq̄ compressura cogetur, hoc modo.. Similiq; etiam racione ducantur per latera, perq; angulos lineæ, quo quidem spacio uidebitur angustari totum sic, centro adhuc in intersectione seruato, Triangulares autem quadrangulares, lateralesq; omnes nā una fermè omnium ratio, diuersiores, in hūc

fient modum, Esto hic liber, Homerus est, nostræ de liciæ, quem nunq̃ temere à me longius, abesse patior, Esto uti apparet in plutco rectus, recta etenim primo ẽe omnia oportebit, quecunq; in aliam erunt status racionẽ transitura Sic, Ducantur de omnibus quattuor angulis in longum paralleli lineæ, paulo & sursius & dehorsius, ut liberit, age Sic, Singuli autem & heic anguli suis contineantur lineis Sic, uidetis ut iam resupinarit,

Spectetur idem & à tergo in hunc modum, Altitudo hec, ipsáq; latitudo, non enim dum Sic apparuerint, quicq̃ de iis comminuitur, erit huiusmodi, æquabilis autẽ hec superior pagmarum planicies, productis paululum ab latitudine lineis in sursum, Sic, Item & hec inferior ad eandem racionem status, Sic, Nonne præsentata uobis species uidetur? Quin et apertius ut heinc sit Ilias, illeinc odyssæa Sic, Ducantur de singulis angulis in longum, eodem ut diximus paralleli modo Sic, Suis mox unusquiusq; descriptus finiatur lineis Sic, q̃ propè eadem oculis, in hanc alteram commutata nunc est forma illa prior, Sed iam altero contenti exemplo erimus, Esto hic. M. T. Ciceronis uel C. Cæsaris facies ad perpendiculum discriminatrice linea nullam declinans ĩ partem, sed perrectissimo contuitu perspiciens in hanc M. Antonii uel M. Catonis, hoc modo, ut reliquũ iam corpus, cuius hec eadem est ratio, dimissum fecerimus, Pũctus autem quo terminatur frons, Aristotelico more sit a, in Intercaliis oculorũ heic sit b. In extremis heic naribus c. heic in mẽto sit d. uertex e. gula inferior g. mutetur inde prospectus, et admediũ usq; horizonta tollatur, dirigaturq; acies in signum hoc ubi sit littera s, hoc modo

Ducatur nunc Linea directa a B, ad S, Sic, Reliquæ itidem hæ suo interuallo similiter Sic, En ut perpendicularis que modo fuerat, nunc obliqua, quin, & Cæteræ partes, intra suas continebuntur lineas Sic, Simili etiam modo & hanc alteram. M. Catonis In despectum, suspectum, aspectum, ex dimidio, Sexquioculo, Vultúue toto, diuerterimus in mille uarietates, Sed rerum omnium similitudines quemadmodum ex concisionibus reddendæ sint, in aliam diem transferemus, Est enim maximi ut mihi quidem uidetur negocii, Satis mihi nunc sit eam uobis breuiter significasse, Atq; equidem uidemini nescio quid aliud agere, uereorq; ne iam permolestus esse occeperim, Sed quandoquidem cœpistis obdurate, Mihi de Statu Motuq; pauca quedam hoc loco dicenda, Status igitur unde Statuæ dictæ, Alii sũt recti, Alii flexi, Alii uero & Obliqui, Recti status ii sunt, quei sui natura constabunt, nullamq; omnino uergent in partem, ut quom astamus, Flexi sunt quei primum à rectitudine declinauerint, ut quom proni supiniue accumbimus, Obliqui uero quom aliquo facies auertetur, membraq; ad actionem distorquentur, Quorum omnium certissima ratio his ipsis continebitur finibus quos hic effectus comprobarit, Omne quidem corpus, nisi extrema se se undiq; contineant librenturq; ad centrum, collabatur ruatq; necesse est, Stantibus itaq; sic nobis pede in uno, si quo motabit corpus, declinaritq; à recta linea caput plus pede, necessum concidere, Quod in iis uideri manifestissimum potest, quos Græci σχοινοβάτας nostri haud nimis inepte funambulos dixere, Illorum enim corpora sic librantur, ut

ſi quam in partem inclinarint, iam iam ecce caſuros ſpe ramus, Sin uero uortatur in dextram facies, perpen dicularem ipſam ab extremo narium lineam, dextri pe dis quo ſemper inniti ſolemus exteriorem nodum non progredi, Aut ſi in ſiniſtram, interiorem ſiniſtri uix attingere, Siniſtrum uero pedem non longius ab dex tro ire q̄ pedis unius ſpacio, Motuum uero, neq; enim que à principibus philoſophiæ, ipſoq; Platone noſtro dī cta de ſtatu motuq; ſunt, repetenda nobis hoc ipſo in lo co duximus, queidam ſunt primi, ut quom incipimus mo ueri, Queidam medii, Quom intra iniciū finemq; uerſantur, Queidam ultimi, quom ad finem ferè perue nerint, nec dum firmantur, Si enim firmarentur, Sta tus quidem dicendi eſſent, non motus, Quare & illi Status laudantur, quei uel à motibus facti uidebuntur, uel in motus tranſierint, Motus præterea aut ſunt faci les, aut uiolenti, Faciles motus ſūt quei remiſſe nulloq; fiunt conatu, ueluti quom deambulatur, Violenti ſunt quei uires conatusq; uehemenciores exprimunt, ueluti quom accurritur Quom trahitur pelliturq; huc uerſus & illuc, Eiuſmodi ſexcentæ ſunt uarietates, Alii fiunt huc illuc in Rectum, Alii in dextram, Alii in ſiniſtrā Alii feruntur inſurſum, Alii in dehorſum, Eſt autem uti ſtatus & motus. ita & ocium, Ocium uero alterum eſt liberale, Illiberale alterum, Liberale eſt ueluti quom philoſophos mortē commentantes, uti apud Ariſto phanē Socrates eſt, in ciſta ſuſpēderimus, Illiberale uero iam dudum in omnium pictorum conſuetudinem uenit, Precipueq; ſolitum fieri à Mantenio noſtro, ubi negligē tes famuli modo accumbunt, modo dominorum imperia

deoscitantes expectant, modo inertes, stupidiq; manent, Quod oportune factum si fuerit, iocunditatem simul atq; ex uarietate graciam afferet, Sed enim superioris perspectiuæ species, quas tamen de Hermogene mutua bor Regi tuo, potissimum duæ, σαφήνεια Quō scilicet spectancium oculi quadam afficiuntur perspicuitate, Sic, In medio classes æratas actia bella cernere erat, totūq; instructo Marte uideres feruere Leucatem, auroq; effulgere fluctus, Itemq; illud, Namq; uidebat uti bellātes pgama circū, Hac fugerent graii, premeret troiana iuuentus, hac phrygas instaret curru cristatus Achilles

Et εὐκρίνεια Quom uidelicet exornatu queq; suo ac decore placent, Sic, sæuit in medio certamine mauors celatus ferro, tristesq; ex æthere diuæ, & scissa gaudēs uadit discordia palla, Posterioris autem huius tres, ἐνάργεια, Quādo scilicet ex ea re quodq; præcesserit, quodq; fit, euidentissime repræsentatur, Sic, & uersa puluis inscribitur hasta, leuiq; patens in pectore uulnus, ἔμφασις, Quom quid ex ea ipsa re futurum iam sit commostratur Sic, Constitit in digitos extemplo arrectus uterq;, Manet impterritus ille, hostē magnanimum opperiens, et mole sua stat, Ἀμφιβολία Quoties dubium fit, que medio locata res est, huc potius an illuc referri oporteat, Sic, Lora tenens tamen, incertum enim uideri posset, id ne sit q̄q̄ hæreat curru resupinus inani, an q̄q̄ ceruixq; comæq; trahantur per terram, Scilicet inter illas, media, Vt enim altera mani festiorem que nondum acta est, rem facit, Altera futuram ostendit, Ita & hec rem utrinq; dubiam proponit, quod in Poli gnoto thasio pellaudarunt, Fertur is militem ita pinxisse,

ut diiudicari haud ullo sane pacto potuerit, conscendere mallet miles equum, an mallet equo descendere miles, quam rem et ipsi nos Sculptura nuper imitati sumus; An non Homericum illud glauci, Ante alios semper magnis excellere rebus, habere in animo semper debebimus? Item & ρόημα, quoties plus q̃ fiat intelligitur, cuius generis fuisse aiũt picturas Protogenis Sic, Trunca manum pinus regit, Demissum lapsi per funem, Indutus at olim Demolos cursu pallantes troas agebat, Sed in omnibus hisce præter q̃ in Amphibolia unico hoc semel Poetæ, nam qui apud Sculptores nostros inuenias: exemplo contenti erimus, Intextusq; puer frondosa regius ida Veloces iaculo ceruos cursuq; fatigat, Acer anhelanti simi lis, quem præpes ab ida sublimem rapuit pedibus Iouis armiger uncis, que rogo Enargia? Quid uero et hec que sequitur Emphasis? Longæui palmas nequic q̃ ad sydera tollunt custodes, Quid uero et hoc postremum? Sæuitq; canum latratus ad auras, quam multa ex eo in telligentur? Pueri certe speciosissimi paciencam, Intẽperantissimi raptoris incõtinenciã, qui nec stragula q̃dẽ expectarit, Sed iam de Graphice satis. Altera uero Ductoriæ pars, quã ψυχικὴν hoc ẽ animacionẽ uocauimus Sola quidẽ μίμησι continebitur, hoc ẽ imitacione, Cuius tanta ut mihi uidetur, uis est, ut uel solam eã posse Sculptori satis esse affirmarim, Ecquid tam multa? q̃ Angustissimis ecce terminis Sculpturam, finiuimus, quã facilem ecce uiam commostrauimus? certam breuem Antiquissimam, Et que sola Lysippum eo usq; perduxit, ut ab alio se effingi etiam edicto uetuerit Alexander, Credendum est enim ostensam hanc sibi ab Eupom

po pictore, ac uere Eupompo uiam tenuisse semper, neq; ab ea unq̃ diuertisse, Ille etenim quaerenti Lysippo, quē potissimum artificem sequeretur, commonstrata multitudine, respondisse fertur, naturam eam imitandam, nō Artificem, Nos quoq; hortamur, admonemusq; idem tidem omnes qui Corynthii, non thuscanici esse cupiūt, ubi corporis circumscriptionem fecerint, remq; ad gestus Symmetriamq; perduxerint, naturam ipsam diligenter inspiciant, habeantq; & elegantissima & pulcherrima corpora, nam, quod Zeusis Crotoniatus docuit, Perfectam in uno corpore pulcritatem haud facile inuenias, Si nudos inq̃ fecerint, nuda, & quos uoluerint gestus aptissime imitantia, unde singulorum membrorū iuncturarum, neruorum, uenarum, rugarumq; paricionem ad suum opus deducere possint, Scio quid ridetis, Arguciasculi estis plus q̃ speraram, Alia quidem apparent in Herculis, quoniam Hylae non licet tergo, Lacerts pectore, cruribus ac toto deniq; corpore, hydram conficientis, Alia cum Anthaeo Luctantis, Alia tauro cornua dissipantis, Alia aliter agentis, Dulciter tamen, ac non uti ab eo factum est, qui Coleonum ad Pauli nup posuit, Ille enim ita ut aiunt cruditer equum imitatus est ut non aliud q̃ denudati equi facies uideatur, Sed satis quidem ut arbitror à nobis dictum est, De ea parte quā maximam putauit Donatellus, de signacionem, ac rusticioribus uerbis, que tamen si pensitentur, dexteraq; adiiciatur, Sanè q̃ pulcherrimum opus efficient. Nūc uero de altera parte dicēdū esset, quā nos Χημικήμ siue fusoriam nominauimus, que quoniam & feda et caliginosa est, eam si uidebitur, praetermittamus, Non

enim cera non buxus, Sed creta, sed stercora, carbones follesq; tractandi, Mouenda liparensis officina, Exercitandi Steropesq;, Pyracmonq; Ac satis dudum estis hoc sermone nostro defatigati. REG. Nisi tu dicendo nos quidem nequaq̃ sumus audiēdo, ut pro utroq; agā,

LEON Perage, nec iam causari occipias, Tū Ego Sic, Chimice unde infamis illa omnibus usitatissima sæculis ars dicta, que circa metallorum exalteracionem uersatur, In duas à nobis diuidetur partes, In formarum confectionem, & in metallorum informacionem,

Formas autem nunc eas intelligimus, quæ speciem de cera suscipiant, contineantq;, ac postremo tandem fideliter reddant, In quibus Cretæ potissimum natura consideranda, ne siet tenax, ne terrea, ne turpis, Mollitur deinde, subigiturq; tomento uel uentre equino, pari porcione, quóad neutrius discrecio fiat, additis interdum cineribus latericióue puluere, Desiccatur, Eraditur, Excribratur, rursus perfusa aqua lutescat, neq; durius neq; mollius, Dicerem quid prima, quid secunda, quidue tercia sit illinicione obseruandum, quemadmodum postremo ferreis uinculis cogendæ, Queadmodum decoquendæ humandæq; sint formæ, nisi consulto uos hec ipsa uidere q̃ audire malim, Atq; equidem puto uos in officinis istorum quei bellicas murorum machinas atq; æra sonancia fundunt interfuisse, In metallis uero ipsis informandis diligencior prosus erit racio adhibenda, Ne chimistarum elogio, operam simul et carbones perdidisse uideamur, in qua quidem re summum erit metallorū naturam cognoscere, atq; ubi delicuerint ebullierintq; informare, Neq; uero est quod physiologica nunc ad

ducam,uosq; ego docẽam que ſit auri,argenti, æris, ſta gni, ac cæterorum natura, Quid ue ex horum conſiat permixtura, Equidem nolo noctuam Athenas, aut uide ri Chimicæ ſciens, Intelligendum tamen æs temperarĩ ſolere multis modis, Alia enim utuntur temperatura cam panarii, Alia et nos, Que ſciencia de fuit Donatello, Nunq̃ fudit ipſe, campanariorum uſus opera ſemper,

Illorum temperatura, Vicenæ interdum, et ex qualita te æris, trigenæ Libræ ſtagni in centenas æris, No ſtra uero aut Statuaria, aut Tabularis, aut Sigllaria Statuaria hec, duodenæ ſtagni in centenas libras æris, tercia parte collectanei, Plumbum quidem ipſum æri non admiſcetur, Additur tamen plerunq; ad colorem. Ni gri plumbi porcio decima, Argentarii uero, id enim eſt al bo nigroq; pariter mixtis, uiceſima, colorem contrahet, quem dixerunt græcanicum, Plumbi nigri duodecima addita Cyprio purpureum, Tabularis hec, Denæ li bræ ſtagni in centenas æris, Sigllaria uero hec, fun ditur æs collectaneum longo uſu perdomitum, ſimul & orichalchus pari porcione, in ſingulas libras additis in terdum binis unciis ſtagni, interdum ſi rutilus quæra tur colos tutia, Nam ſi albus Sic, Collectaneum æs de purgatum fundito, arſenici nitriq; de fumatorum ternas uncias, in binas eius æris libras, fruſtillatim coniicito, ob turatũ in uaſe percoquito, poſtremum in fundito, dealbe ſcet ſic in ſpeciem argenti, Si poſt noricas fornaces nobis ferrũ eliquaretur, commodius plurima fieret colorum in ære diuerſitas, Ac ſcite q̃dẽ Ariſtonidas, qui quũ ueſa ni Athamantis filium præcipitare uolentis furorem, et mox præcipitato illo reſidentis penitenciam uellet expri

mere, ferrum et æs miscuit, ut eius rubigine per nitorē æris relucente, rubor exprimeretur uerecundiæ, Plerisq; tamen inueni quei affirmarent, Si ferri scobem subtilissime delimatam, Arsenico pariter salisq; permixtam ardentissimis fornacibus diem totum calcinatam feceris, adéo permolliri, ut argento atq; ære facilius colliquari possit, Rursusq; obdurari, si candens intingatur aqua frigida, Liquatum æs emendatur sale tartaroq;, Ebulliet, ipsoq; in iactu depurgabitur à Scoria, iniectis la ciniis Lini ceratis oleatisq;, Ebullicionis autem per maturæ signum, nonnulli dixerunt esse fursur iniectum, si peraccendi statim non effumando uideatur, Plerisq; dum Scoriam fecerit expectant, frustra uero speraris ullo quo uis artificio, recte informari metallū posse, ni si iam decoctissimæ prius formæ, suas uti, quot ue oportebit spiramentorum emissuras habuerit, Sed hec audiendo aut parum prosunt aut nihil, Igitur ad officinam, Ac si qua id racione uerbis explicari posset, non de ullo melius q̄ de poeta cognosceretis, quō sic ait, Striduntq; cauernis, Stricturæ calybū, ac fornacibus ignis anhelat, Fluit æs riuis, aurisq; metallum, Vulnificusq; calybs uasta fornace liquescit, Ingentem clypeum informant, Sed quoniam sæpius per imprudenciam euenit, medio ut iactu metalla defecerint, multum enim facit ne id ipsum accidat, si scierimus quota metalli cuiusq; porcio corre spondeat Argillæ Ligno ac Ceræ, Ponam hoc loco que inueni ab aliis tradita, Singulis libris Argillæ corre spondebunt Nouem æris, Ligni fagnei xiiii, Ceræ uero vi. Aeris albi viii. uncia & semis, Cyprii viiii drachmæ iii, Orichalchi viiii unciæ ii ac semis. Stagni vii

viii unciæ x drachmæ iiii, Argenti xi, unciæ vi. Plūbi xii. unciæ ix. Auri xix unciæq; tres, ut drachmæ nouem efficiant unciam unam, nonnulli in quadratas formas cubitalis undiq; mensionis. DII. Milli. pōdo æris dixerunt infundi oportere, sed quisq; sibi homo prudens rem omnem certam faciet experimento, ante q̄ fundat, Si tamē meminerimus sēp meliorē esse condicionē eorū qbus res supersunt, q̄ qbus desunt, multoq; semper oportunius hoc esse ut demi possit, q̄ ut addi oporteat, Nam quid ego dicam, de commissuris, Stultissimum quidem existimo ubei res semel integra fieri poterit, in frustra dissiungere, ut iterum iungas, Si tamen ita necesse fuerit, Mihi quidem eas in triangulorum speciem fieri in hūc modum ... placeret, Nam & pertinacius hærebunt, et dissoluentur temere nunq̄, Sed, REG. Sed, istud tuum memineris, Quæso cur antiquam & infamem feceris artem Chimiam? Operæprecium, EGO tum inq̄ Regi. Ferunt Pellem illam Arietis auream, ad quam cum delecta arguum heroum manu, celeri prouectus est Iason Argo, non Pellem ipsam uti ex hoc eo Poetæ finxerunt, Sed arietinis chartis fuisse librum, qui conficiendi auri & argenti racionem continuerit, Eius uero artis uti & cæterarum omnium innumerabilibus penè sæculis peritissimos dicūt fuisse Aegyptios, ac longo post tempore Diocletianum Cæsarem ob proximarum rerum in ea prouincia suspicionem, conquæsitos undiq; artis illius libros omneis comburi iussisse, ne qua diuicias comparарent, Pecuniarumq; copia fidentes, Romanis aliquādo Aegiptii bellum inferre auderent, atq; ex eo publice semper habitam flagiciosam, Sed si unq̄, nunc certe fia

gioſiſſimam, que perfida pleros iam regnaturos, iam mendicare coegit, Nunc autem ad, Sed, illud noſtrum re uertamus, iamq; ad commodiſſimam Sculpturæ ſpeciem ΕΚΤΥΠΩΤΙΚΗΝ que dici à nobis efformatoria poteſt per tranſeamus, Nam de tota in uniuerſum Sculpturæ mate ria ſatis iam dictum uideri uelim, TRActatur autem ea quadrifariam, Siquidē Creta, Gypſo Cera & Pului ſculo conrfomamus, Creta Sic, Argillam ipſam fictilē accipito, In aquam colliquefacito, quod ſubſederit tenu ius ad solem, ad furnum arefacito, in puluerem redi gito, Excribratum paulo durius impaſtato, Mox quod uolueris ſigillum ea ſemel imprimito, & ſiccatum fi glina concoquito, Ita capillū etiam efformabis, Gypſo Sic, illud uero calcis ſpecies eſt, Aiunt in Cypro & The bis fodi, Sed nil refert, dum Bononienſis Appenninus mirum q̄ in ea urbe Gypſum abundat, Dum & Alpes id nobis ſufficiant, Eius autem triplex eſt ſpecies Mar moroſa, Gleboſa, & Aluminoſa, Marmoroſa quidem utilior, nam & ſcalpitur ad Statuas & ſuum morem deco cta pertinacior, Mirabilē ea nobis uſum præſtitit nuper ad lacum Sebinum, quem nunc accolæ ab oppido quod ab eius uti arbitror portorio nomen acceperat, Gypſeum uti & ab ardea Benacum, etiam corrupto uocant, At quā ta me noua uoluptate affecerunt illi lacus, illa eius pro uinciæ quam quidem oppidulatim peragraram iucunda felicitas, In Ethruria quoq; ex eo Gypſo toreumata mirati ſumus, Quum ex alabaſtrite uiderentur, tantus erat lapidis illius nitor ſplendorq;. Aluminoſa uero ſi pelluxerit, ad id quod uolumus, longe commodior, nā de altera nihil oportet, decoquitur furno lente calido, teri

tur pilis ligneis, Excribraturq́, Statim ut tepescente aqua permaduerit, superinfunditur, ube peraruerit, tolletur, Quod fieri salua re nunq̄ poterit, nisi prius oleo illitū, aut plus semicirculo fuerit occupatum, Nam primum hoc, deinde & illud efformabimus, quóad integram rem habebimus, continebunt autem sese frustula firmius, si quod erat prius, excauatum inueniatur à posteriore, ut ī commissuris, Emendabitur autem huiusmodi formula ad ceream rursus plumbeámue effigiem hoc pacto, Desiccato rursus, Sed furno calidiore, Quoties oportuerit in tepescentem aquam, si sis ceram immissurus immergito, Si Cauitas placuerit, post paululum ube infusa fuerit, effundito, Si uero plumbum proderit eam optime desiccari, plumbumq́ ipsum nigrum albo quod marchisitā uocant & antimonio temperari, xii porcione. Cera aūt efformabimus Sic, liquefiat primum, Mox ad eam racionem quam diximus superfundatur, uel si commodius fiet, in eam ipsa res commergatur emergaturq́ donec amictu uestita fuerit crassiore, frequēcius, desecetur acie tenuissima, adaperiatur, iungaturq́, Ad soliditatem infunditur Gypsum, Ad cauitatem uero que sola in his admiracionem habet, etiam uti docuimus, cera, sed si prius illam humor circumfluxerit liquidus, Cuius quidē inuenti racio, & si in uno prius architecto quondam constiterit, iure tamen quando illius cum ipso deperierat, mihi debebitur. Cauitas uero ipsa, ube cretatum fuerit extrinsecus, accipito tanq̄ de Gn. Flauio rem secretissimam, replebitur Argilla quam edocuimus tomento & equino uentre subacta, mixtis puluere latericio, interdum molari, interdum uitreo, Siue etiam adustarum forma

rum, calce uiua, cineribúsue, Puluisculus uero qui op timus sit, diu queritari à multis solitum, Is autem aut Natiuus est, aut Facticius, Natiuus qui per se nascitur qualem nos nuper in agro Cremonensi deprehendimus, Facticius uero qui fit, Fit autem de ea materia que uim ignis omnem sustinere ac pati possit, Quare non unus habetur, alii enim ex pumice, alii ex ossibus deustis, alii ex Scobe ferri, alii ex colliquato in fornacibus late re, alii ex Smirillo, alii ex rebus aliis, Ego uero omnes modis omnibus expertus aptissime utor uel ferrugineo uel latericio, Ferrugineus fiet Sic, Accipitur Scoria siue etiam Scobes ferri subtiliter delimatæ, Purgatur, Impubis pueri urina acetóue, Semimenstri spacio perfũ ditur, Aduritur fornacibus, Teriturq; pilis, Itemq; id rursus ac rursus dum ad eã tenuitatem peruenerit, qua tactum effugiet, Mox quando opus erit, humectatur aceto aquáue salsa, Latericius autem Sic, Lateres ardẽ tissimis colliquati fornacibus simili modo teruntur, Simi li etiam modo minutissimus puluis factus inebriatur, Conformatur stacionibus, admoueturq; prunæ, ut nihil humoris permaneat, deniq; perignescat, Quod si pue rilem tantum urinam ebiberit, nullo ferè opus erit igni, uix paululo calore, candẽsq; hoc naturæ miraculũ cõside rate in fusum metallũ nõ ãpullescet, Nõ parũ aũt cõtulisse iudicabitur, ãte q̃ metalli iactus fiat, candelæ fumus sub iectus, præsertim si res ita subtiliter cælatæ fuerint, ut facile iniuriam pati posse uideantur, Dicerem quidem hoc satis esse, nisi exornandus quoq; nobis esset & fi nis, Constat autem finis perfectione, perfectio ipsa om nis perficitur, extremorum dimotione, & pulcritudinis

inductione, atqui extrema ut in cæteris rebus sunt Excessus & carencia, Excessus Scapello tolluntur & lima, Carecia uero medicabitur adiicione et adiunctione, Adiicione hoc modo, Terebratis crebro lateribus inducatur, uti oportuerit, cera, cretetur deinde, Mox & emissa cera, & Argilla decocta, infundatur sui generis metallū, Adiunctione uero, quom adglutinamus Sic, colliquatur ut mos est fictili uase oricalchus, additurq; singulis eius libr. uncia arsenici, teritur deinde in mortario æneo, qui puluis permixtus boraci, inspergitur commissuris, apponiturq; igni ad eliquacionem, conglutinantur plerunq; æra, stagno, & pice, inductis ferro candenti. Pulcritudo autem omnis perfecta uidebitur leuatura & coloracione, Leuatura quom delimationis asperitatem tollimus cælo, nitoremq; superinducimus pumice, stilo calibeóue dēte quē bronitoriū uocāt, Coloracione uero quō suū cuiq; parti colorem damus, Idq; uel iactu ipso ex sciencia chimicæ quam præmostrauimus, uel post iactum, hoc modo, Albus color precipuus argento Sic, deducitur argentum optimum in brachteolas tenuissimas, malagmaturq; uiuo, deinde cum aqua nitri & aluminis ferreo superinducitur stilo, mergitur oleo feruescenti ad assacionem, imponitur prunæ candenti, Ebullitur in aceto sale locio tartaroq;, leuaturq; rursus bronitorio, Aureus color ipso fit præcipuus auro, eadē racione qua et albus argento, nisi quod in oleo perfrigi non oportet, Id uero si temperatura caruerit stagno, aliter enim res agetur ipsorū brachteis, Fiunt et huiusmodi colores multis aliis modis, quei quoniā nec ita perpetui, nec meliores, ne curauerimus, Crocus autem proueniet in prætextis co

lor, Si perexter∫ú ∫igillum candenti ∫uperimponatur laminæ, quóàd eum ip∫um uidebitur colorem contraxi∫∫e, Frige∫catq; paulatim, Viridis ∫i perhumectetur aceto ∫al∫o, Niger, aut ex liquidæ picis uernicacione, aut ex palearum, ∫i prius emaduerit, ∫uffumacione, Hi quidem nunc ∫at erunt, dum captabimus & reliquos, Nam ip∫i oculorum ac pupillarum colores, de India Muranoq; petendi, Sed de India ∫ane in ∫ua illa Minerua Phidias, de Murano nos & commodius & forta∫∫e etiam melius

Sed nunquid cælaturam ip∫am præteribimus? non quidem ut eius raciones, quas omneis o∫tendimus, explicentur, Sed ut quid ∫it, quom cælaturam dicimus intelligatur. E∫t autem cælatura ut uno uerbo expediam, quom de plana ∫uper ficie exculpimus effigiunculas excauãdo, In quacunq; id fiat Regi materia, que per∫i ∫tat eadem ∫emp neq; imagines plus q̃ ex dimidio prominere uideantur, Poti∫∫imum tamen metallica, atq; argento in Scyphis ad ∫imilitudinem huius quod circum ∫upráq; complexu terram continet caui coeli, quod à Pacuuio dictum, uti plemmyrium undo∫um à Vergilio, Sed alterum ornatu, dedit appellacionem huic parti, Alterum obtectu, Decultacioni, Species eius, Anaglyphice quando exculpitur ut extent imagines, Diaglyphice quando in∫culpitur ad impre∫∫uram, Encolaptice quando laminæ cudendo effo rmantur, quæ maxime ad aurifices pertinent.

Itẽ & Toreutice Quom ua∫a fibulas, candelabra, & eiu∫modi ancædimus, latine ut uideo proprie dicta politura, Nam quum no∫tri à τορνω rotundum feci∫∫ent, quẽadmodũ ab αρπαγος rapacẽ, et à μορφα formã quom deinde τορ[illegible] ip∫i uellent, non rotundare, quod ita

oportebat aliam significacionem habere, Sed ab ipsis uerticibus in queis circumuoluitur tornus, polire dixerũt, τορνεύειν ipsũ reddentes, quod plerunq; ad eleganciã referri solitum, idq; & posteriores tornare, In hac pleros q; nobilissimos honestissime uersatos scimus, nam q̃ tũ hoc q̃ muscas consectatos nostris principibus præstitisset? Item & ἐγκαυστικὴν quam inustoriam appellabimus, quecunq; ea olĩ fuerit pingẽdi racio, cera in parietib. postq̃ nec apud græcos ipsos grãmaticos satis constat & iampridem exerceri desueuit, dehinc eã intelligamus que ipso tractatur Encausto quod Smalton uocant, usitatissimam, quom uidelicet argentum, æs, uitrumq; pingimus, id enim pantochromaton, hoc modo, Teritur subtilissime in puluerem, Superfunditur deinde aqua, stiloq; in pingendam partem inducitur, Postremo ad eliquacionẽ aduritur, Quid uero plura? Ventum ad supremum ẽ Diximus de affinitate quam habeat Sculptura cum litteris, Aperuimus qualis esse deberet Sculptor, Recensuimus, unde, ubi, aut qua de causa cœpisse potuerit, Declarauimus materiam Statuarum, Ostendimus quot essent Statuariæ species, Diximus de Symmetria, De Lineamentis, De Physiognomonia, De Perspectiua, De Animacione, Chimice, Efformatoria, Exornacione, Postremo & De Celatura, equidem nihil arbitror restat, cur nõ satis à me factum esse putetis, quum non Sculptoriæ modo unius artis, sed & totius Statuariæ raciones omneis explicauerim, Nempe huc tendunt, huc referuntur et reliquæ, non aliter q̃ sciencię & artes cæteræ ad ipsam philosophiam PLAstice Sic, Fiunt de Argilla in eum quem diximus morem effigies, Arescunt, figlina deco

quuntur, Postremo quoniam id membratim conglutinantur colla è uiua calce & albumine ouorum, continuo statim, Inducuntur & nouissime colores linaceo nuceóue oliuo, q̃q̃ nec pictoribus debere ceperint in Ethruria Plastæ, Encausto enim deuitrant, Proplastice autem dicitur quom futuri operis formã Plastes creta finget, ueluti Quom Sculptor cera, protypus, & Architectus ligno modulus, Maximo hec olim in usu, nihil ferè moliebatur nisi ex Proplastice, ex ea enim et futura deprehenduntur errata, et nullo prius q̃ fiant incommodo castigantur, multoq; aliter q̃ isti nostri opinantur, ipsa res cicius expedietur popo sito iam exemplari quod imiteris.

TOMice uero Simplicissima omnium species, ut que ipsa tantum modo sectione Glutino & picturacione perficiatur, Glutinum autem eius ichthiocolla, Item calx mastice caseusq; pari porcione, simul omnibus contritis.

PARadigmatice itidẽ, Exprimuntur creta ceráue liquenti effigies, Gypsum mox infunditur, deinde calda aqua, ubei dissolutum saponem feceris ad marmorei nitoris graciam inebriatur, Defectus autem Gypso rursus addito castigatur. COLaptice itidem Scalpello ꝑficitur lima terebroq;, ad nitorem postremo, ipsum lympha & pumice, Glutinum uero si quid forte acciderit hoc, mansam masticem, atq; in ceræ modum perdomitã statim adapplicato, Item & Sic, picem, armenium, cerã admisceto, et concal factis frontibus admoueto, Sed quo res expedicior fiat, In colaptice hec obseruanda, lapidẽ, dimetiri in longum septempeda, perpendiculari quam discriminatricem appellauimus linea medietatem definiri Ex intersecatu semicirculorum planum designari, Heinc

atq; inde pedali mensione corpus iu latum definiri, Circino & oris & oculorum positurã deprehendi, altero pede statuto in perpendiculari, & altero ad extrema ꝑducto, Sed in Academiã hanc nostram, α γεωμετριτος nemo, HArum autem originem sane quondam olim de Aegyptio Sacerdote Solon acceperit, nobis quidẽ sẽꝑ puellulis non licet, PLasticen tamẽ ipsã Chaldæus Moses ãtiqssimã ẽ testatus, haud equidẽ inepte, cuius author deus ipse primus extiterit, neq; uero aliter uideri debet, q̃ optimum eum fuisse Plastam, qui hos tam admirabiliter mundos ita formauit, Tanta uero plastices huius authoritas, ut eam nonnulli Sculpturæ matrẽ appellarint, Fertur et à Dibutade Sicyonio Corynthi ad inuenta, deamantis filiolæ beneficio, Floruerũt autẽ in ea Promœtheus ob artis excellenciam dictus, raptum de cœlo uitalem igniculũ limo immisisse, Rhæcus, Ideochus, & qui primus inuenit ferrum fundere, atq; ex eo statuam facere Theodorus Samii, Plastices etiam inuentores existimati. Eucirapus, Eugrammus, Lysistratus Lysippi frater, Demophilus, Gorgasus, Calchosthenes cuius officina ceramico uico nomẽ dedit, Possunius q pisces finxisse dicitur, ita ut à ueris non facile discernerres, Arcesilaus cuius proplasticen pluris aiunt uenisse solitam, q̃ cæterorum opera, In Italia laudatissimus quondam Turanius Fregellanus Nostra etate Vitus Mazon Mutinensis, quem nuper nobis Gallia cum plerisq; rebus apstulit, Vxor etiam eius finxit & filia Lucas Rubius Florentinus ex Aurifice Plastes, cuius inuentum, fictile opus encausto pingi, Andræas eius ex sorore nepos, nullis quos ego uiderim posterior, Naturam

existimes ipsam fecisse que huius manus effinxit, Nam quid ego uobis commemorem, Nannum miniatorem, Dominum figulum, & Andræam crispum Patauinos?

LIgno uel Vergiliano carmine notissimus Dædalus rudis quidem artifex, ut qui à posterioribus longe fuerit superatus, Sed cuius opera cuncta diuinum quiddam habere uidebantur, Clarus & in Samo Smilis ægmensis quē Callimachus Scelmin appellauit, Dedali ipsius ætate, nec tamen & pari extimacione, non quod inferior is esset arte quam Dedalus, Sed quod minus magnis rebus usus, nullo facinore, nulla regum familiaritate, nullo errore, nullis & calamitatibus insignis, Atheniensis q̄ d͡c ille sororis filium interfecit, In Cretam uenit Minoi & filiabus aliquandiu iucundissimus fuit, Sed cognita mox eius à rege nequicia, in carcerem est detrusus, Inde cum filio simul effugiens, Inycum Siciliæ urbem ad Cocalum applicuit, Siculi belli aduersus Cretenses causa fuit, scilicet eum Minoe repetente et Cocalo perdenegante, à Cocali filiabus in tantum amatus, ut de Minois morte in eius graciā deliberarint, Itaq; per omnem Siciliam dispersa, in Italiam quoq; ad nos eius fama ꝑuenit, At uero hic ægmensis, angustiore patrimonio, nisi semel in Samum uectus, uix reor illeic ubi egregiam illam Iunonis Samiæ Statuam fabricarat, notus. Ebore nunq̄ satis elaudatus Phidias, & si fabulæ credimus Pigmalion, GYpso autem ob tenue artificium, nullus MARmore quidem iunumerabiles, Sed quorum mihi memoria potior, hi Attalus Atheniensis primus ut putatur in Græcia Statuarius, Sed certe constat inicio multis antea sæculis et templa & statuas

à Danao dedicatas, Dipœnus, Scylis, horumq́ discipulus Dorcylidas, Medon Dorcylidæ frater, Theocles, cũ Egylo patre Lacedæmonii, Dionysius Argiuus, Simo æginensis, Cleon Sicyonius, Malas Chius, cum Miciade filio & Antermo nepote, Phidias ipse Atheniensis, Alcman, & Agoracritus discipuli, Cersatides Calaber, et Bupalus, uti opinor Pharæates templa deorum architectari & Statuas bonus effingere, Fortunæ simulacrum Smirnæis faciens, In uertice polũ, In altera manu Amalthiæ cornu ab Græcis habentem fecit, Tantum eius deæ uim & facta declarans, quantum non ipse Homerus intellexit, qui connumerans eam in Cereris hymno, tanq̃ unam filiarum Oceani, nihil præterea aliud addidit, quantum nec deinde uix Pindarus, qui alia multa in fortunam dicens Pherepolin appellauit, Scopas, Timotheus, Bryax, Leochares, in Mausolæo celando æmuli, Praxiteles in finitis prope operibus, Sed potissimum Venere Cupidineq́ deamatis clariss. Archesitas, Cleomenes, Mnestratus, Eutychides, Philiscus, Timarchides, Policarmus, Heliodorus, Lysias, Agesander, Polydorus, Athenodorus, Craterus, Pythodorus, Polidectes, Hermolaus, Artemon, Timomachus, Cæterorũq́ innumera multitudo, Sed elegantissimo græco Epigrãmate celebratur Timomachi huius Medæa, que uidelicet amore saucia, natorũ sãguine patris iniuriã ulciscens, & seruare, et occidere uelle uidebatur, Id autẽ opinor huiusmodi.

Quod natos feritura ferox Medæa moratur,
Præstitit hoc magni dextera Timomachi.
Tardat amor facinus, strictum dolor incitat ensẽ
Vult non uult natos perderet ipsa suos.

In minimis autem operibus Myrmecides, & Callicrates admirandi, alterius quadrigulam alis muscæ coopertã alterius formicarum pedes, ita subtilissime scalptos tra ditum est, ut uix intenta propius acie peruideri potue rint, NOstris uero temporibus scalpendo marmore insignes habiti, Ninus, cuiasnescio, Nam semper hoc tantũ usus est inscriptionis titulo, Nini opus. Antonius crispus, qui cum uobis fuit familiaritas, Petrus Insu bres, Tullius, atq; Antonius eius filii, Sed ne ego Tul lium præterierim illaudatum? Equidẽ ni uererer uisum iri amiciciæ, non ueræ laudi datum iudicium de illo meũ, dicerem profectò scalptorum omnium quos ulla unq̃ ui derit ætas præstantissimum, neq; indignis ornaretur ho noribus, An quid non priora ingenia, priora & miracu la rediere? Circumferebantur in pompæ morem Tar uisii epistyliorum coronæ quas ille iunior uariis interce larat foliorum ornamentis, Aderat Crispus partim æmulacione quam cum patre Tullii gerebat, partim & tantæ nouitatis fama permotus. Cunctis igitur admiran tibus, qui tanta ueritate fieri potuerit? nunq̃ prius è mar more coronas factas fassus ẽ q̃ gladiolo id ita esse de prehenderit, Quod mirius miraculum huic comparari poterit? Prudentissimum artificem Tullii cælatura de ceptum, Nec uero et frater qui cum summa est artis æmu lacio laude minor, Sed & iure optimo laudatur in bois Christophorus Gobbius, In quo nisi unum hoc damnãt quod assuetus Herculeos artus imitari, eo quidem sepi ssime paulo temerius utitur, Dignus & qui nominetur Brixiani prætorii architectura et Cæsaribus Gaspar Mediolanensis, Clarus & ipse mastigophoro illa sua

Venere noster Pyrgoteles. Laudantur et in Thuscia magni quidem profectus nisi admodum iuuenis periisset Bettus Maianus, Michelangelus Bonarotus, etiam pictor, Andraeas Souinius, Franciscus rusticus. Aere quei sculptores claruerint prope innumerabiles, Colossorum autem molibus Ipse inprimis Phidias Atheniensis qui & toreuticen adinuenit, Lysippus Sicyonius, Pryaxis Lysippi discipulus, Chares Lyndius, Romani Sp. Cornelius, & Neronis principatu Zenodorus, In minoribus autem signis Policletus uidelicet Arguus non ut alii existimarunt Sicyonius, Speciebus rerum concipiēdis quas phantasias uocant, summus, quod etiā Antiphilo pictori assignarunt, Alchamenes Phidiae discipulus, Heglias, Critias, Nestocles, Policleti discipulus Aristides, Cleon Sicyonius, discipulus Antiphanis de stirpe Policleti, Naucides, Leoncius, Cyclon, Pythagoras regnus, Item & Samius, Myron Eleuteriensis, bucculs nobilitatus, Butyreus Licius eius discipulus, Euphranor in omni genere laudatissimus, Thelephanes Phoceus, Praxiteles, nam & aera etiam fecit, Hyphicrates, Cephisiodorus, Demetrius, Dynomenes, Phradmon, Daedalus, Euclides, Calamis, Canacus, Menechius, qui libros de arte sua scripsit, Chereas, Clesilaus, Eutyclides Pyromachus, Policles, Pyrrus, Syllanion, nullo mecum doctore nobilis, Naucerus, Niceratus, & qui etiam de sua arte scripsit Xenocrates, nam Perillus nullum impietate sua nomen est meritus, Bedas, Phoenix, Stypax Cyprius, & Pentalesius Atheniensis, cuius equidem opus fuisse existimo Aegreticam illam Minernam, cuius & uultus et manus et pedes ex ebore, Reli

quum ex auro partim in superficiẽ ducto, partim ex arte Chimia facto. In minimis uero laudatissimi Pyreicus, & miræ subtilitatis artifex Theodorus. Iuuenio & Romæ laudatũ Blesamũ Nouium Qui miris Statuis urbem decorauit et orbem, sed marmorarium puto potius q̃ Sculptorem, Nostro quidem æuo multi, Sed queì præcipue nominantur, Laurentius Cion, Fores in templo Martis Florentiæ quæ ad septentrionem, quæq; ad orientem spectant, Huius opus, Nam quæ ad austrum, nescio cuius Vgolini. Desiderius qui Neapoli sculpsit fores nouæ arcis, Sculpsit etiã egregie marmora. Pisanus Pictor in se cælando ambiciosissimus. DOnatellus ipse Cionis, ut putatur, discipulus, Aere, Ligno marmore, laudatissimus, Plura huius unius manu extant opera, q̃ semel ab eo ad nos cæterorum omnium.

Andræas Aluerochius Donatelli sed iam senis æmulus, discipulo Christi latus pertentãte nobilitatus, cælatura quoq; eius et pictura magnopere cõmẽdatur, Postremo & ipse Aluerochii discipulus Leonardus Vincius, Equo illo quem ei perficere non licuit, in Bois maximo, pictura Symposii, nec minus et Archimedæo ingenio notissimus. Florentini, ea nimirum urbs semper fuit harum artium mater, Sed et Donatelli discipulus Bellanus tuus Leoniceœ Inter hos quoq; nomen habebit, q̃q̃ ineptus artifex.

Quin & Bellani uti uolunt discipulus Andræas Crispus familiaris meus, cuius inter Plastas quoq; menciōnem fecimus, podagrarum beneficio ex aurifice Sculptor

CELAtura uero insignes olim habiti Mentor, Acragas, Boetus, Mys, Antipater, Zopyrus, Scopas, Tauriscus Cizicenus, Ariston, & Onychus Mithylenæi, Les

bocles, Prodorus, Pythodichus, Polignotus, Scinus, Phy ſidonius Epheſius, Ledas, Stratites, Teucer Cruſta rius, Pyrrheas, Stratonicus philoſophus, Canacus etiam Calamis, Tauriſcus, Echateus, & praecipuam laudem gemmis conſecuti, Pyrgoteles, Apollonides, Cronius Dio ſcorides. & qui Romae caelatura Clodiana omnes euicit M. Canuleius Zoſimus libertinae condicionis. PA ſſim quidem nunc omnes, Sed pauci propter quod comme morentur egregio aliquo opere inſignes, niſi duo Auri fices Charodoxus Mediolanenſis, & Franciſcus Furni us Bononienſis, Nam Seuerum Rhauennatem ideo ad extremum diſtuli, ut plenius laudarem, qui miror ad me hodie cur non uenerit, Is mihi quidem uidetur Statua riae numeros omneis adimplere Sculptor, Scalptor, Cela tor, Deſector, Plaſtes, Pictorq; egregius, Nam ſi me heic nunc rogaretis qualem Sculptorem uelim, talem nē pe ipſum uelim, qualem modo litterae adeſſent, Seuerū eſſe nouimus, Erunt quidem & noſtro fortaſſis benefi cio multo complures, quei poſt me Statuariam omnem ex ornabunt, INterea uero danda ſedulo nobis opera ē, quando qua racione Ligna, Lapides, Argillae, Cerae, me talla, nobis ſimillima eſſe poſſint adinuenerimus, Ne quod Socratem dixiſſe ferunt, eis potius nos ſimiliores eſſe uideamur, HEC quum à me dicta eſſent, ſurre ximus omnes, In ambulacionem Leonicus, Regius in quietem, Ego uero ad Calpurnium.

FINIS.

ἐρωτικὴ διαλλήλως.

POMPONII GAVRICI NEAPOLITANI ECLOGAE.

ORPHEVS. THAMYRAS.

d ICITE Pierides uatum certamina musæ,
Dicite magnorum musæ certamina uatum.
Scitis.n. nec uos fallit spaciosa uetustas.
Dicite mortales multum meminisse iuuabit.
Orpheus, & Thamyras sub opaci collibus Hæmi
Constiterant, mites Zephyros, & frigora captant,
Heic ne frustra ullum traheretur in ocia tempus,
Ambobus placuit certatim dicere uersus.
Dulciaq; alterno modulari carmina cantu.
Tum demum faciles per florida prata Napææ,
Tum pariter montis, fluuii, nemorisq; puellæ
Aduenêre omnes, arrectis auribus omnes.
Adfuit Aonidum Phœbus pater, adfuit Euhan.
Silenusq; senex celeri prouectus asello.
Et Satyri, Syluani, & agrestia numina Fauni.
Interfusi omnes passim, locus ordine nulli.
Graminea sibi quisq; torum componit in herba,
Incipit Orpheus, hinc mox respondere paratus
Subsequitur Thamyras, auidis stant auribus omnes,
Quisquis amat duro firmet sua pectora ferro. Or.
Quisquis amat pulcra componat imagine uultus,
Quisquis amat dulci præuincat carmine cycnos.
Quisquis amat doctas studeat placuisse per artes,

Nil opus ut duro firmet sua pectora ferro. Th
Nil opus ut pulchra componat imagine uultus,
Nil opus ut dulci præuincat carmine cycnos.
Quisquis amat fuluum studeat placuisse per aurum.
Qui cupit in terris felicem ducere uitam, O
Qui cupit ætherei cognoscere gaudia cœli,
Qui cupit ambrosia pasci, hyblæoq; liquore,
Ille amet ille suo semper succumbat amori.
Qui uolet infelicem in terris ducere uitam, Th.
Qui uolet inferni cognoscere tristia mundi,
Qui uolet elleboro pasci, sæuisq; cicutis,
Ille amet. ille suo semper succumbat amori,
Gratus amor meus est, meus ô me nutrit Amyntas. O
Quid mirum? Iliaco poterit certare ministro.
Qui si si nostros unquam mutarit amores,
Non equidem sæuæ dubitabo occumbere morti,
Durus amor meus est, mea me mea Phyllis adurit. T
Quid mirum,? Idæas poterit superare puellas.
Quæ que si diros ponet mitissima fastus,
Inter mortales deus immortalis habebor.
Sponte sua facilis mea currit ad oscula Amyntas. O
Admittitq; preces, & amat mea carmina Amyntas.
Sæpe tamen nostro declinans ex amplexu
Effugit, & dulci suspendit gaudia uoto.
At mihi difficilis furtiua dat oscula Phyllis. Th.
Fastiditq; preces, neq; amat mea carmina Phyllis.
Docta tamen nostros bene dissimulare furores
Gaudia præcupido minimum detrectat amanti.
Me meus ignis amat, solus mihi gaudet amari. O.
Me meus ignis amat, sed plus meus ignis amatur.

Ignis ab igne calet, crescens furit aestus utrinq;,
Vnaq; trinacrios imitatur flamma uapores.
Vritur, & nostro clam Phyllis amore crematur. Th.
Vritur, & saeuas enutrit pectore flammas.
Quod si iunguntur nostriq; & Phyllidis ignes
Stent simul, ardentes superabit flamma caminos.
Mutuus ardor utrunq;, & mutuus ignis adurit. Or
Me meus urit Amyntas, & amor meus urit Amyntam
Decedens fleui, decedens fleuit Amyntas,
Nostraq; communi turbauimus oscula fletu.
Me quoq; Phyllis amat, me Phyllidis ardor adurit. T
Mutuus ardor inest, & mutuus ignis utriq;.
Nam multum indoluit me discedente, notaui.
Dulciaq; extremis satiauimus oscula uotis.
Felix, qui gratae committit semina terrae. Or
Felix, qui requiem sperat, finemq; laborum.
Felix, lanigerum pastor qui pascit ouile.
Felix, qui grato seruus bene seruit amori.
Infelix, sterili qui semina mandat arenae. Th.
Infelix, nullis qui comparat ocia rebus.
Infelix seruus, domino qui seruit auaro.
Sed magis, atq; magis, qui indigno seruit amori.
Pierides musae, musae, que carmina nuper Or
Composui puero, puero gratissima nostro.
Scire diu mecum magnus lasauit Apollo,
Depulsusq; dolet, cognoui signa doloris.
Naiades Nymphae, Nymphae que dona paraui Th.
Nuper ego Veneri? Veneri gratissima nostrae.
Diua Paphi mecum nouit, nullaq; repulsa
Tristis abit, Cypriisq; refert mea furta puellis.

Quoi non grata satis mea carmina? montibus altis O
Montibus, & syluis, & lustris grata ferarum.
Grata uiris, & grata deis, summoq; tonanti.
Sed nihil hoc, nihil est, uni placeant modo Amyntæ.
Quoi non grata satis mea munera? munera uersus T.
Munera mœnalios & uincant munera cantus.
Carmina, miratur, sed amat mea munera Phyllis.
Munera Phyllis amat, sine munere carmina sordent.
Carmina, noctiuagam deducunt carmina lunam. Or
Carmina, falcandas traducunt carmina messes.
Carmina, uipereos effringunt carmina morsus.
Carmina, diuinas demulcent carmina mentes.
Quid nõ dona ualent? et q̄d non munera possunt? T.
Carmina muneribus, & cædant carmina donis.
Omnia muneribus, nam cædunt omnia donis
Munera, crudeles deflectunt munera mentes.
Carmine montanas potui deducere quercus, Or
Vndantes potui fluuiorum sistere cursus,
Iratas potui tigres, sæuasq; leænas
Mulcere, & diros penitus deuincere fastus.
Orpheu quid tantum credis dare carmina amores? Th
Vix in amore tibi soli tua carmina prosunt.
Quos tu carminibus pulcher meritaris amores,
Muneribus diues turpis mercabitur Idas.
Dii mihi que nuper nostros miseratus amores Or.
Basia basia formosus libauit Amyntas?
Quàm dulce in tenera fessi requieuimus herba?
Inter Narcyssos, & purpureos hyacinthos.
Dii Dii quàm nostros Phyllis miserata furores? T
Gaudia quàm longo consumpsimus argumento?

Quàm dulce in tenera fessi requieuimus herba?
Inter frondosas lauros, & odoras myrthos.
Hiberni soles senibus, messoribus umbra, O
Vbera grata agnis, & amara salicta capellis.
Arboribus riui, siccæ ros humidus herbæ.
Grata quies fessis, solus mihi gratus Amyntas.
Armentis fures, timidis pastoribus ursi. T.
Vitibus ingratæ falces, & frigora nudis.
Graminibus spinæ, uentosi messibus imbres.
Hyblæis apibus taxi, mihi Phyllidis iræ.
Ante igitur magni moles uastissima mundi Or.
Corruet, & uersores ordine mutabuntur.
Singulaq; antiquam repetent animantia formam,
Quàm meus hamato labatur pectore Amyntas.
Ante suos igitur perdet natura meatus, Th.
Omniaq; in toto fient contraria mundo,
Et penitus magni soluetur machina cœli,
Quàm mea perculso labatur pectore Phyllis.
Hactenus ardentes sat sit cecinisse furores. Or
En Thamyra, en Thamyra, huc properat formosus
Ah facies, sed q̃d uolt? ibo ibo obuius, at tu Amyntas.
Forsitan expectat quoq; te tua Phyllis, abito.
Hactenus ardentes sat sit cecinisse furores.

ἐρωτικὴ ἀπλῶς

ORPHEVS.

Rpheus Hæmonii correptus amore Lycænis,
Nanq; omnem totis conceperat ossibus ignem,
Vritur, & tandem longi post temporis annum
Infelix egræ quærens solacia menti,
Strymonias ripas, & Tempea uenerat, Heic dum
Quod possit sperare, nihil uidet esse relictum.
Inuisam citharam, neglectaq; plectra resumens.
Supremum uersus, ac tristia carmina cantat,
Carmina læti feros releuantia carmina morsus.
Fingite olorinos mea carmina, fingite cantus.
Me miserum, ò tristi me sidere sidere natum,
Me miserum, me infelicem ter & amplius, ehem
Forma nihil mihi forma, nihil mihi carmina, nil nil,
Dona nihil mihi dona, nihil mihi cuncta, sed eheu
Fingite olorinos mea carmina, fingite cantus.
Me miserum insanam mentem nouus occupat error,
Stantq; tenebrosæ circum mea tempora nubes,
Stant nubes circúm, certum est mihi uelle perire,
Ac periisse iuuat, ò sortem amaram amantum.
Fingite olorinos mea carmina, fingite cantus.
Quid loquar? an ne rogem uentos, zephyrosq; fugaces?
Me miserum, quid me miserum? modo claude dolores.
Hemoriare. tuis sunt uocibus omnia surda,
Omnia surda, tuas capiant age fata querelas.
Fingite olorinos mea carmina, fingite cantus.
O cur sæue puer, cur ò fugis Orphea uatem?
Cur heu cur nostros spernis male gratus amores?
Non sunt mortales quei me genuere parentes.

Calliope mater, pater est mihi magnus Apollo.
Fingite olorinos mea carmina, fingite cantus.
Non mea setosis sunt aspera corpora uillis.
Nec mihi barba riget, quid me fugis improbe? non sum
Si bene me noui, non sum tibi turpis amator.
Nam cur me hoc dono Cyllenius attentasset?
Fingite olorinos mea carmina, fingite cantus.
Pró dolor, & syluis, auditaq; carmina lustris
Que lenire etiam hyrcanos potuere leones.
Que potuere altis deducere montibus ornos.
Non potuisse tamen puerilia flectere corda?
Fingite olorinos mea carmina, fingite cantus.
O formose diu mea maxima cura Lyconi.
O nimium dilecte, & me mihi carior ipso,
Non te hec nostra mouent suspiria? nonne dolores?
Non lachrymas, gemitusq; meos puer improbe sentis?
Fingite olorinos mea carmina, fingite cantus.
Non sic non, non sic semper tua forma uirebit.
Non hoc semper eris, furtiua relabitur aetas.
Aspice que Paphium misère rosaria florem
Quàm iaceant neglecta, suo spoliata decore?
Fingite olorinos mea carmina, fingite cantus.
Gratus amor superis, magni quoq; rector olympi.
Iuppiter omnipotens, nil tam sua fulmina, nil tam
Optaret metui, quàm se se mallet amari,
Tu quei amant spernis? quei te coluere relinquis?
Fingite olorinos mea carmina, fingite cantus.
Sed quid in Aeolias transmittimus omnia rupes?
Dirior ille irata tigride, Saeuior hydro.
Surdior Icarii scopulo maris, omnia temnit,
Nil audit, nil nil teq;, aut tua carmina curat.

Claudite olorinos mea carmina, claudite cantus.
At non Phœbeos spreuit Hyacinthus amores.
Non formosus Hylas duro fuit asper amanti.
Idalius nulla puer efferitate notatus,
Dulcia mella alii, tu absynthia amara reportas.
Claudite olorinos mea carmina, claudite cantus.
Quid facias illis quei tristia fata minantur.
Si quei promittunt animum tibi, lædis amantes?
Quid facias illis quei dulcia munera tollent.
Si tibi quei uitam cupiunt dare, sæuus es hostis?
Claudite olorinos mea carmina, claudite cantus.
En citharam, en plectrum, nostri cape signa triumphi.
Plectra, lyramq; tibi concedimus, ite camœnæ,
Vicisti, lætere puer, puer improbe gaude
Vicisti, infernas qui carmine uicerat umbras.
Claudite olorinos mea carmina, claudite cantus.
O ego si nullos nossem malesanus amores,
Aut potius si, si contentus amore fuissem.
Vsq; tuo Calai, matris decus Orithyiæ,
Sed mea sic, sic me miserum mea fata trahebant.
Claudite olorinos mea carmina, claudite cantus.
Eheu quid restat misero mihi? spiritus eheu
Me fugit, & mecum mecum mea cuncta recedunt,
Heu morior, nullum pietas mouet, hoc erat, hoc hoc
Quodq; feræ, obscœnaq; monebant uoce uolucres.
Claudite olorinos mea carmina, claudite cantus.
Terra suos fructus omneis neget, undiq; uenti
Aequora diripiant, cunctæ ad fera prælia gentes
Occumbant, omnes fato moriantur eodem.
Et nihil in toto fiat nisi flebile mundo,

Claudite olorinos mea carmina, claudite cantus.
Nam quid erat mecum heic grata iacuisse sub umbra?
Argoos Minyas, diuinaq; sacra canentem.
Interdumq; meis amplexibus indulgentem,
Ipsam aeternorum uitam didicisse deorum?
Claudite olorinos mea carmina, claudite cantus.
Calliopeia parens, & carmina nostra ualete,
Tuq; uale, ó nimium male semper amate Lyaei.
Tuq; Lyaei uale, nostro saciere cruore.
Exaciere, tuo hec sint dulcia mella palato.
Claudite olorinos mea carmina, claudite cantus.
Finierat uates, Tum demum saxa uideres
Hiscere, tum pariter syluasq;, ferasq; secutas
Aggemere, & moestum inter se ingeminare dolorem.
Protinus aerio Parnassi uertice montis
Nam celso è Pindo praeceps huc fama uolarat,
Accurrit chorus Aonidum cum matre sororum,
Accurrunt quibus est coeli, terraeq;, marisq;
Imperium diui, pars commoerere dolendo
Ereptum uatem, pars & gaudere recepto.
Ergo ubi coelestum iustis de more peractis,
Ne Cicones possint quidquam offecisse puellae,
Structa pyra est, sacrum decerat que tangere corpus
Digna foret, sacram demittit ab aethere flammam.
Hausturam flammam dilecti membra nepotis
Iuppiter, At tumulum hoc signarunt Carmine musae.

ΟΥΤΟΣ ΤΥΜΒΟΣ ΕΧΕΙ ΣΟΦΟΝ ΟΡΦΕΑ

ΘΕΙΟΝ ΑΟΙΔΟΝ

ΤΥΧΑΝ ΚΑΙ ΚΙΘΑΡΗΝ ΟΥΡΑΝΟΣ

ΟΥΡΑΝΙΗΝ·

Sic ille egregius Bacchi Musure sacerdos
Ad cuius totus plaudebat carmina mundus.
Non unquam potuit praeamari spicula amoris
Effugere, atq; animo tam diram auertere pestem.
Ast illum meritas tanto pro crimine poenas
Expendisse ferunt, nam dum clamoribus acer
Venandi studio montes, syluasq; fatigat.
Dente ferocis apri dissectus ab inguine uentrem
Praeda fuit, sic Dii superi uoluere, ferarum,
Quas omneis uno gestabat pectore clausas,
Vrsorumq;, canumq;, impornorumq; luporum.

FINIS.

Errores.

a Semipagina.ii. uersu.xxi. ubi pro ube. Item se mipagi. vi. uer .iiii. animauertisset, pro animaduer tisset. b. Semipa. .ii. uer.xxi. defuit in fine κτος Item in fine sequentis ὀλυμπωεμ, Semip. uero viii uer. v. post bis ter desut hec, & uno altero tribus ferè minus digitis. c .semipa. vii. uer. iii. fornicatum, pro fornicatum. d. semip. viii. uer xvii. cunscendimus, pro conscendimus. e. semip. v. uer. xiii. efformabis, pro efformaueris. Item semip. xiii. uer. xiiii. Minoi. pro Minoni. Item uer. xviii. Minoe, pro Minone. Item & xx. Minois, pro Minonis.

Florentiæ, VIII Cal. Ianuar.
.M. D. IIII.







